


NUNC COGNOSCO EX PARTE



THOMAS J. BATA LIBRARY
TRENT UNIVERSITY



Digitized by the Internet Archive
in 2019 with funding from
Kahle/Austin Foundation

CORPVS SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM
LATINORVM
VOL. LXXXIX

LR BR60 .C6 v.89

**CORPVS
SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM
LATINORVM**

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS
ACADEMIAE SCIENTIARVM AVSTRIACAE

VOL. LXXXIX

**SANCTI AVRELI AVGVSTINI
OPERA**

SECT. I PARS IV

SOLILOQVIORVM LIBRI DVO
DE INMORTALITATE ANIMAE
DE QVANTITATE ANIMAE

RECENSVIT

WOLFGANGVS HÖRMANN

VINDOBONAE
HOELDER-PICHLER-TEMPSKY
MCMLXXXVI

SANCTI AVRELI AVGVSTINI OPERA

SECT. I PARS IV

SOLILOQVIORVM LIBRI DVO
DE IMMORTALITATE ANIMAE
DE QVANTITATE ANIMAE

RECENSUIT
WOLFGANGVS HÖRMANN

VINDOBONAE
HOELDER-PICHLER-TEMPSKY
MCMLXXXVI

OMNIA IVRA RESERVATA
© HÖLDER-PICHLER-TEMPSKY KG., WIEN 1986

ISBN 3-209-00641-5

VINDOBONAE
Ex officina typographica Ernesti Beevar

INDEX

Ad lectorem	VII
-----------------------	-----

Praefatio

I. De origine librorum	IX
II. De codicibus	XI
III. Quae ratio inter codices intercedat	XXV
IV. De rebus orthographicis	XXVIII
V. De Soliloquiorum versione Anglosaxo- nica	XXIX
VI. De editionibus	XXIX
VII. De textu constituendo	XXX

Soliloquiorum libri duo	1
Soliloquiorum liber primus	3
Soliloquiorum liber secundus	45

De immortalitate animae	99
-----------------------------------	----

De quantitate animae	129
--------------------------------	-----

Indices

Index locorum e sacra scriptura adhibitorum	232
Index locorum ex aliis scriptis adhibitorum	232
Index nominum	233
Index verborum	234

AD LECTOREM

Soliloquiorum libros anno 386 compositos 1600 annis post eum De immortalitate et De quantitate animae libris primum librorum manuscriptorum auctoritate editos in lucem prodire gaudeo. Cum editor morbo gravi affectus ultimam linam adhibere non potuerit, maximas gratias ago et Michaelae Zelzer, quae textum apparatusque ipsa editoris manu scriptos in discos qui dicuntur electronice inscribendos transtulit plagulisque correctis in paginas distribuit indicesque composuit, et Iohanni Divjak, qui ad indices redigendos singula textuum verba calculatoris electronici ope in ordinem alphabeticum distribuit.

Herbertus Hunger

PRAEFATIO

I. De origine librorum

Augustinus postquam morbo coactus anno 386 Mediolani professioni rhetoricae renuntiavit, feriis vindemialibus peractis in villam Verecundi grammatici in agro Cassiciaco prope Mediolanum sitam cum matre propinquis familiaribus reficiendae valetudinis causa secessit. Ibi composuit adhuc catechumenus dialogos Contra Academicos, De beata vita, De ordine et duos Soliloquiorum libros, ut ipse Deo confitetur (Conf. 9,4,7, CSEL 33 p.201,20–23): *Ubi quid egerim in litteris iam quidem servientibus tibi, sed adhuc superbiae scholam tamquam in pausatione anhelantibus testantur libri disputati cum praesentibus et cum ipso me solo coram te*. Fusius de Soliloquiorum indole atque ratione disseruit Retract. 1,4,1 (CSEL 36 p.22, 6–16): *Iuter haec scripsi etiam duo volumina secundum studium meum et amorem ratione indagandae veritatis de his rebus, quae maxime scire cupiebam, me interrogans mihi que respondens, tamquam duo essemus ratio et ego, cum solus essem. Unde hoc opus Soliloquia nominavi. Sed imperfectum remansit, ita tamen, ut in primo libro quaereretur et utcumque appareret, qualis esse debeat qui vult percipere sapientiam, quae utique non sensu corporis, sed mente percipitur, et quadam ratiocinatione in libri fine colligitur ea quae vere sunt esse immortalia; in secundo autem de immortalitate animae diu res agitur et non peragitur. Ut iam e Soliloquiis (2,7,14; p. 63,8sq.) clare elucet, Augustinus istas sermocinationes Soliloquia vocari et inscribi voluit novo quidem et fortasse duro nomine, sed ad rem demonstrandam satis idoneo. Cum enim neque melius*

quaeri veritas possit quam interrogando et respondendo et vix quisquam inreniatur, quem non pudeat convinci disputantem, eoque paene semper eveniat, ut rem bene inductam ad discutendum inconditus perrivaciae clamor explodat ... pacatissime, ut opinor, et commodissime placuit a me ipso interrogatum mihi respondentem deo adiuvante verum quaerere.

In codicibus titulus *Soliloquia* praevalet, rarius *Soliloquium* occurrit. Quamvis Augustinum, ut erat antiquitatis mos, interlocutorum nomina omisisse et novis lineis tantum vel paragraphis in margine adscriptis vel spatio vacuo relicto dialogi vices significavisse verisimile sit, tamen in codicibus adhuc exstantibus disserentium partes modo *R*(ationi) et *A*(ugustino), modo *R*(ationi) et *H*(omini) assignantur. At non desunt libri manuscripti omni tali distinctione primitus carentes, in quibus collocutorum nomina vel sigla posterius ex aliis exemplaribus suppleta sunt.

Augustinus *Soliloquia* non ad finem, quem sibi proposuerat, perduxit. Agro Cassiciaco relicto Mediolani a.387 composuit libellum *De immortalitate animae*, quem sibi commonitorium esse voluerat propter *Soliloquia* terminanda. De opusculi fortuna non cotidiana et obscuritate singulari lectorem certiore fecit *Retract.* 1,5,1 (CSEL 36 p.25, 12–16): *Nescio quo modo me invito exiit (sc. liber) in manus hominum et inter mea opuscula nominatur. Qui primo ratiocinationum contortione atque brevitate sic obscurus est, ut fatiget cum legitur etiam intentionem meam vixque intellegatur a me ipso.*

Anno 388 Augustinus quaestionibus de anima adhuc occupatus et agitatus Romae dialogum *De quantitate animae* scripsit, *in quo*, ut ipse declarat *Retract.* 1,7,1 (CSEL 36 p.34, 10–17) *de anima multa quaeruntur ac disseruntur, id est unde sit, qualis sit, quanta sit, cur corpori fuerit data, cum ad corpus venerit qualis efficiatur, qualis cum abscesserit. Sed quoniam quanta sit diligentissime ac subtilissime disputatum est, ut eam, si possemus, ostenderemus corporalis quantitatis*

non esse et tamen magnum aliquid esse, ex hac una inquisitione totus liber nomen accepit, ut appellaretur De animae quantitate.

In dialogo Augustinus praeceptoris munere fungitur Enodio adolescente et municipali discipuli partem sustinente. Enodii nomen in libris manuscriptis non apparet, qui vices dialogi modo *A*(ugustino) et *Ad*(eodato) *carналiter sibi filio*, ut soli addunt inter codices vetustiores libri italicæ originis, modo, ut in Soliloquiis, *R*(ationi) et *A*(ugustino) discipuli locum obtinenti vel *R*(ationi) et *H*(omini) (Paris. lat. 2697, s. XI), modo libri intentionem recte interpretantes *M*(agistro) et *D*(iscipulo) assignant. Exstant etiam codices qui interlocutorum sigla prorsus omittunt vel, ut in libris inde a saeculo X in Gallia septentrionali exaratis accidit, quorum vetustissimus est Duacensis (Douai) 275, *A*(ugustino) magistri, *R*(enato) discipuli partem tribuunt, ad quem Augustinus librum primum tractatus De anima et eius origine direxit. Siglorum varietatem et inconstantiam consideranti dubium esse non potest quin Augustinus ipse interlocutorum nomina ut iam in Soliloquiis (cf. supra p. X) omiserit. Enodii nomen Maurini restituerunt primi Augustini epistula adscita anno 415 ad Enodium iam ad episcopatum provectum missa, ubi legitur (ep. 162, 2; CSEL 44 p. 513, 4-6): *ea fortasse oblitus es, quæ te conferente mecum ac sermocinante conscripsi sive de animæ quantitate sive de libero arbitrio.*

II. De codicibus

Augustini opuscula, quæ hoc volumine continentur, per totum medium ævum lectitata et descripta esse magno codicum adhuc exstantium numero comprobatur. Quibus indagandis cum Academia Scientiarum Austriaca multum

impenderit laboris et opus susceptum paene absolverit¹, omnes codices adhuc notos enumerare supersedeo et antiquiores tantum, quibus haec editio nititur, adferre satis habeo. Quamvis nostra opuscula originis tempore et rerum quas tractant affinitate sociata sint, tribus tantum codicibus antiquioribus (TCK) unita traduntur. Semel (W) Soliloquia cum opusculo De immortalitate animae coniuncta apparent, bis (DJ) cum dialogo De quantitate animae, qui in duobus codicibus (SL) cum libello De immortalitate animae conexus legitur. Sed maior antiquiorum codicum pars haec opuscula seorsum tradit, ita tamen, ut plerumque cum aliis Augustini libris copulata sint.

A. Soliloquia

B Codicum qui hunc dialogum tradunt antiquissimus est Londiniensis bibliothecae Britannicae Add. 43460, olim Philippicus Cheltenhamensis 12261, a. 1924 ab A. Chester Beatty comparatus. Praeter quaedam Augustini et Hieronymi scripta unicum carminis apologetici Commodiani poetae exemplar exhibet. Undecim huius codicis opuscula H. Schenkl enarrat², accuratiorem descriptionem E.G. Millar praebet³.

De origine codicis et forma scripturae E.A. Lowe disseruit⁴. Chrysostomi homiliis latinis saeculo VII exeunte litteris uncialibus exaratis alia opuscula sub finem saeculi VIII in monasterio Nonantulano scriptura priore paene deleta

¹ Die handschriftliche Überlieferung der Werke des heiligen Augustinus, Vol. 1–5, Wien 1969–1979.

² Bibliotheca Patrum Latinorum Britannica V, No. 1885 (Wien 1892).

³ The Library of A. Chester Beatty. A Descriptive Catalogue of the Western Manuscripts, Vol. I (Oxford 1927), pp.18–25.

⁴ CLA II (1935) No. 180.181.

superimposita sunt. Recentiorum litterarum forma est ea, qua illo tempore librarii in Italia septentrionali utebantur. Codicem iam in catalogo bibliothecae Nonantulanae a. 1331 confecto commemoratum⁵ I. B. Pitra, cum Commodiani carmen ederet, primus excussit, postea patrum latinorum editores identidem adhibuerunt.

Soliloquiorum dialogum inter *R*(ationem) et *H*(ominem) divisum ff.97r–135v praebent; ff.95v–96v *Prologus* praecedit, id est Retractationum capitulum 1,4 ad Soliloquia spectans, cuius in fine legitur: INCIPIT LIBER TERTIUS DE SOLILOQUIORUM. Secundi libri initium miserrime mutilatum est. Subscriptio (f. 135v) haec est: EXPL DE SOLILOQUIORUM LIBROS DUOS. Textus non nimis diligenter scriptus correctorem eiusdem fere aetatis (*m*2) passus est, qui inter lineas vel in margine singula verba vel integras sententias supplevit et interlocutorum sigla saepius omissa addidit. Alter corrector coaevus (*m*3) adnotationes hic illic apposuit.

T Italiae quoque originis est codex hodie in bibliotheca municipali Trevirensi sub numero 149 asservatus, olim S. Maximini extra muros Treverorum et iam in vetustissimo illius monasterii catalogo s.XI ex. vel s.XII in. confecto commemoratus⁶. In Italia septentrionali, ut B. Bischoff suspicatur, medio saeculo nono exaratus inter alia Cassiodori libellum *De anima*, Gregorii Magni *Dialogos* et compluria Augustini opuscula continet. Soliloquia praemissa Retractatione (1,4) ff.1r–22v, dialogus *De quantitate animae* ff.22v–48r, libellus *De immortalitate animae* praecedente Retractatione (1,5) ff.53r–60r leguntur.

Soliloquiorum et dialogi *De quantitate animae* textus uni ut videtur librario debetur; alter scriba coaevus opuscu-

⁵ Gli antichi cataloghi e i codici della abbazia di Nonantola, *Studi e Testi* 281, I (1955) p.107.

⁶ Cf. G. Becker, *Catalogi bibliothecarum antiqui*, Bonn 1885, No. 76, p. 179.

lum De immortalitate animae exaravit. Amannensis eiusdem aetatis (*m2*) paucas lacunas explevit nec non correcturas addidit. Atramento pallido et hodie saepe evanido s.X² notae marginales copiosae Soliloquiis et libro de Quantitate animae, raras opusculo De immortalitate animae additae sunt, modo Augustini verba iterantes, modo simplici paraphrasi explicantur vel quaestioneulis textum ad faciliorem lectoris usum distinguentes. Vices dialogi in Soliloquiis *R*(ationi) et *A*(ugustino), in libro De quantitate animae *A*(ugustino) et *Ad*(eodato) assignantur.

D Testis italicae traditionis et cum *T* artiore vinculo coniunctus est Monacensis lat. 15826 bibliothecae nationalis Bavaricae, olim bibliothecae cathedralis Salisburgensis et iam in elenchum librorum capituli Salisburgensis s.XII ex. confectum receptus⁷. Cassiodori libellum De anima et quinque Augustini opuscula quaestiones de anima tractantia complectitur. Ff.1r-44v formam minusculae carolingicae s.XI¹ usitatae exhibet; ff.45r-100v manus librarii coevi in scriptura quae dicitur beneventana versati apparet⁸. Dialogus De quantitate animae inter *A*(ugustinum) et *Ad*(eodatum) divisus ff.22v-55v legitur, Soliloquia Retractione adiuncta (I,4) ff.61v-83v sequuntur. *R*(atio) et *A*(ugustinus) colloquuntur. Soliloquiorum textus lacunis non caret, quas altera manus beneventana (*m3*) explevit.

C Inter Soliloquiorum codices in Germania exaratos aetate et textus praestantia codex Casselanus 2^o Ms. theol. 30, olim Fuldensis, eminet. Qui s.IX¹ scriptus originem Fuldensem prae se fert etiam in eo quod, ut in celeberrimo illo Germaniae scriptorio haud semel accidit, litterarum formam partim anglosaxoniceam (ff.1r-15v;

⁷ Cf. *Mittelalterliche Bibliothekskataloge Österreichs*, Vol. IV (1966) p.19, ll. 32-34.

⁸ Cf. E.A. Lowe, *The Beneventan Script*, Oxford 1914, p.91 n. 2, p.205 n. 2, p.262.

43v–56v), partim carolingicam (ff.16r–43r) exhibet. Nostra opuscula continet, quae etiam in codd. T et K, alio sane ordine coniuncta, apparent. Soliloquia ff.1r–16r leguntur, libellus De immortalitate animae et dialogus De quantitate animae praemissis Retractationum capitulis (1,5. 1,7) ff.17r–56r sequuntur. Corrector coevus (*m2*) litteris anglosaxonice usus lacunas explevit et interlocutorum sigla in archetypo ut videtur omissa addidit; librarius carolingicus eiusdem aetatis (*m3*) varias lectiones vel coniecturas sub siglis *al* et *l* supra lineas et in margine adscripsit. Partes dialogi in Soliloquiis *R*(ationi) et *A*(ugustino), in libro De quantitate animae *M*(agistro) et *D*(iscipulo) tribuuntur.

H Codex bibliothecae universitatis Herbipolitanae M.p.th.f.49, olim cathedralis S. Kyliani, ante annum 838 episcopo Humberto regnante exaratus Bedae martyrologium et ff.35r–73v Augustini Soliloquia praecedente *prologo* (Retract. 1,4) praebet. Soliloquiorum textus una manu scriptus ss. IX et XII correctores (*m2*, *m3*) expertus est. Variae lectiones ff.40r et 50v sub siglo *al* in margine notantur. *R*(atio) et *H*(omo) dialogi partes tenent. Amplius de hoc codice B. Bischoff et J. Hofmann tractaverunt⁹.

K Eiusdem fere aetatis est codex in monasterio Augiensi scriptus et hodie in bibliotheca publica Badensi urbis Caroliruhensis sub siglo Aug. perg. CCXXXVI asservatus. Praeter Ambrosii librum De bono mortis ff.33r–51r Augustini opusculum De immortalitate animae, ff.51v–109r dialogum De quantitate animae continet, Soliloquia Retractatione addita (1,4) ff.111r–147v sequuntur. Codicem iam in catalogo bibliothecae Augiensis s.IX² confecto commemoratum¹⁰ ante mediam eiusdem saeculi partem complures librarii Augienses exaraverunt, inter quos etiam ma-

⁹ Libri Sancti Kyliani, Würzburg 1952, pp.34.35.124.125.

¹⁰ Cf. Mittelalterliche Bibliothekskataloge Deutschlands und der Schweiz I (1918) p.264, l. 22.

nus Reginberti illustris bibliothecarii et scriptoris deprehenditur (ff.86v-88v, 90v – 109r). Soliloquiorum textus uni debetur librario. Cuius socordia vel vitio exemplaris, quod descripsit, factum est, ut verba (*inter*)posito *relamento* (1,13,22; p. 34,3) usque ad verba *videri quic(quam)* (2,4.5: p.53,8) post verba *cum te rogassem* (1,4,10; p.18,1) transposita legantur. Soliloquia vix correctiones subierunt, at librarii negligentia mendis abundant, quorum maximam partem ab apparatu seclusi, quoniam ad rem criticam nihil conferunt. *R*(atio) et *H*(omo) colloquuntur. Libellum de immortalitate animae unus librarius scripsit, cuius manus etiam in prima parte dialogi De quantitate animae apparet. Scriptor coevus (*m2*) paucas correcturas sub siglo *b* addidit; ipse dialogum De quantitate animae retractavit, cui scribendo tres ut videtur amanuenses operam navaverunt. Sigla interlocutorum desiderantur.

F Codex bibliothecae universitatis Lugduni Bavorum Voss. lat. Q.75 ante medium saeculum nonum in Germania occidentali, fortasse in scriptorio Augiae divitis, ut B. Bischoff censet, exaratus est. Praeter alia Cassiodori libellum De anima, Augustini Soliloquia, opusculum De disciplina christiana, epistulam ad Hieronymum de origine animae directam (ep.166) amplectitur. Soliloquiorum textum unus librarius ff.62r-87v diligenter exaravit et correxerit. *R*(atio) et *H*(omo) sermonem inter se dividunt. Post Alexandrum Petavium hunc codicem Isaac Vossius et Gerardus Vossius possederunt.

Q Inter codices Soliloquiorum in Gallia scriptos aetate primum locum tenet Valencianus 247 (237), olim monasterii S. Amandi, hodie in bibliotheca municipali oppidi Valenciennes asservatus. Primo vicennio s.IX exaratus praeter alia Ambrosii de fide l. III-V et ff.71r-125r Augustini Soliloquia continet. F. 70r/v *Prolocus* (sic) *ex libro Retractationum* ... (1,4) praecedit ab amanuensi s.XII (*m2*) scriptus, qui textum mendosum, sed cum codice H perspi-

cua affinitate coniunctum aliis libris adhibitis correxit. F. 125r haec legitur subscriptio litteris uncialibus exarata: DEO PROTEGENTE ET REMIGIO ABBA IUBENTE AIGLULFUS NIMIUM PECCATOR FECIT HUNC LIBELLUM...¹¹. Ut B. Bischoff me certiore fecit, neque abbatis neque librarii nomen ad monasterium ullum adhuc notum referri potest, sed dubium non est quin hic codex in Gallia scriptus sit. Disputatio inter *R*(ationem) et *H*(ominem) dividitur.

N Codex miscellaneus bibliothecae medicae Montepessulanae (Montpellier, Ecole de Médecine) 137, olim oratorii Trecensis (Troyes, Fonds de Pithou)¹², varia Augustini opuscula et excerpta ss. IX–XII exarata continet. Pars, quae ff.147v–166v Soliloquia Retractatione adiuncta (1,4) exhibet, in scriptorio Suessionensi (Soissons), ut B. Bischoff suspicatur, ante s.IX med. scripta est. Soliloquiorum textus nullis fere mendis deformatus nitidisque litteris clarus uni debetur librario. *R*(atio) et *A*(ugustinus) disputant.

J Codex olim monasterii Augiensis, hodie in bibliotheca publica Badensi urbis Caroliruhensis numero Aug. perg. CXCIV signatus inter alia ff.2r–18r Augustini Soliloquia Retractatione accedente (1,4) continet. Ff.18r–37v *III lib. solilo. de quantitate animae* sequitur. Complures ut apparet librarii hibernici in regione Suessionensi (Soissons) vel Laudinensi (Laon) hunc codicem binis plerumque columnis, partim in foliis rescriptis ante s.IX med. exaraverunt. De codicis origine B. Bischoff disseruit¹³, I. Kirchner

¹¹ Cf. Colophons des Manuscrits occidentaux des Origines au XVI^e Siècle T.I., Fribourg 1965, no. 317.

¹² Cf. Catalogue Général des Manuscrits des Bibliothèques Publiques des Départements, Quarto Series I (1849) p.335.

¹³ Cf. Mittelalterliche Studien II, Stuttgart 1962, p.52; id. „Irische Schreiber im Karolingerreich“, Colloques Internationaux du Centre National de la Recherche Scientifique 561, Paris 1977, pp.53. 54.

codicis specimen exhibet¹⁴. Augustini opuscula glossis hibernicis et latinis abundant, quae supra lineas vel in margine a scriptore coaevo (*m2*) adscriptae singula verba, rarius sententiarum sensum explicant. Glossarum maximam partem W. Stokes et J. Strachan publici iuris fecerunt¹⁵. Corrector eiusdem aetatis (*m3*) siglo *l* explanationes et varias lectiones aliunde desumptas, quas quidem saepe a coniecturis vix dignoscere possis, inter lineas addidit. Vices dialogi in Soliloquiis et in libro De quantitate animae *R*(ationi) et *A*(ugustino) assignantur.

W Codex Guelferbytanus Gud. lat. 184, 4°, olim consiliarii et philologi Marquard Gude (1635–1689), ff.2r–47r Augustini Soliloquia et ff.48r–60v opusculum De immortalitate animae complectitur, quod desinit mutile verbis *cogere ut corpus sit* (13,21; p.123,9). Ff. 1r–2r et 47r–48r capitula ex Retractationibus desumpta (1,4; 1,5) praecedunt. Liber humiditate valde attritus ex duobus ternionibus et sex quaternionibus romanis numeris in imo margine notatis – ternio primus numero caret – compositus est. Diligentia librarii, qui codicem binis columnis ante s.IX med. in Gallia septentrionali exaravit, vel ex eo apparet, quod in Soliloquiis dialogi vices semper nova linea distinxit. *R*(atio) et *A*(ugustinus) interlocutores sunt.

O Codex bibliothecae municipalis Andomaropolitanae (Saint-Omer) 267, olim abbatae S. Bertini, s.X¹ in Gallia septentrionali exaratus inter alia ff.1v–27v Augustini Soliloquia *Prologo* praecedente (Retract. 1,4) praebet. Liber primus desinit mutile verbis *sunt igitur res mortales* (sic) *nihil* (1,15,29; p.43,12). Soliloquiorum textum unus librarius scripsit et paucis locis correxit. *R*(atio) et *A*(ugustinus) colloquuntur.

¹⁴ Scriptura latina libraria, ²Monachii 1970, tab. 17.

¹⁵ Thesaurus palaeohibernicus II, Cambridge 1903, pp.IX, 1–9.

G Codex bibliothecae universitatis Lugduni Bavorum Voss. lat. Q. 129, olim monasterii S. Maximini Miciacensis (Micy apud Orléans) tria Augustini scripta amplectitur: De opere monachorum, Soliloquium, De natura et origine animae. Tres librarii Soliloquiorum textum Retrattatione adiuncta s.IX^{ex.}, ut K.A. De Meyier quidem censet¹⁶, s.X in., ut B. Bischoff me monet, in Gallia septentrionali ad orientem vergente ff.29r–61v exaraverunt. Duo correctores (*m2, m3*), quorum manus vix distingui possunt, librum paucis locis retractaverunt. Partes dialogi *R*(ationi) et *A*(ugustino) assignantur. Post Alexandrum Petavium hunc codicem Isaac Vossius et Gerardus Vossius possederunt.

Rouen 469 Codex bibliothecae municipalis Rotomagensis 469, olim monasterii Fiscannensis (Fécamp), s.XI scriptus praeter alia quinque Augustini opuscula continet. Soliloquia ab uno librario exarata ff.42^v–62^v leguntur. Vices dialogi *R*(ationi) et *A*(ugustino) tribuuntur. Codicis Rotomagensis testimonium hic illic attuli, quod saepe lectiones exhibet, quas Maurini recentioribus plerumque manuscriptis usi in suam editionem receperunt.

Denique ad codices vetustiores in Hispania scriptos convertamur.

R Codex Rivipulensis 106 archivii Coronae Aragonensis (Barcelonae), olim abbatae Rivipulensis (Ripoll). Amplam huius codicis descriptionem R. Beer et Z. Garcia¹⁷ praebent. Soliloquia s.IX² in Catalonia paucis lineis exceptis ab una ut apparet manu exarata ff.27v–50r leguntur. Librarius litteris minusculis carolingicis utitur, quae modo crassiorem, modo tenuiorem ductum exhibent, sed compen-

¹⁶ Codices Vossiani latini II, Leiden 1975, p.280.

¹⁷ R. Beer, Die Handschriften des Klosters Santa Maria de Ripoll I, Wien 1907, pp.54, 59–67; Z. Garcia, Bibliotheca Patrum Latinorum Hispaniensis II, Wien 1915, pp.56–58.

diorum forma est ea, quae in manuscriptis visigothicis deprehenditur. Textum mendosum corrector eiusdem fere aetatis (*m2*) retractavit. *R*(atio) et *A*(ugustinus) colloquuntur.

E Codex Escorialensis S.III.32 e collectione librorum, quos s.XVII Comes-Dux de Olivares possedit, in vetustiore parte s.IX scripta ff.143r-158v (de folio 143 nihil nisi misera lacinia servata est) Soliloquia praebet. Codex scriptura continua et litteris visigothicis exaratus f.144r a verbis *per menses Incrementis* (1,1,4; p.8,4) incipit, inter ff.149 et 150 maiore lacuna deformatus est, verbis *temere aliquid conces(sisse)* (2,3,4; p.51,17) mutile desinit. Dialogus inter *R*(ationem) et *H*(ominem) dividitur.

Non est mirandum quod oratio magna libri primi Soliloquiorum (1, 2-6; inc.: *Deus universitatis conditor*), eximium specimen Augustini pietatis et artis, etiam extra totius operis contextum saepius traditur. Vetustiora exempla sunt haec:

Bibl. Brit. Royal 2 A XX Londiniensis bibliothecae Britannicae Royal 2 A XX inter alias preces orationis excerptum ff.23r-24r servavit. Textus orationis lacunosus s.VIII ex., ut E.A. Lowe censet¹⁸, litteris anglosaxonicis scriptus non prorsus negligendus est, quia hic illic genuinas tradit et fulcit lectiones.

Laon 113 Integram orationem capitulo primo libri primi praecedente (PRAEFATIO ORATIONIS SOLILOQUIORUM SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI) tradit codex bibliothecae municipalis Laudunensis 113, olim cathedralis S. Mariae virginis, ante s. IX med. in Gallia septentrionali ad orientem vergente exaratus.

Monacensis lat. 6407 Vetustioribus Soliloquiorum fragmentis denique brevissimum excerptum e libro secundo adnumerandum est (2,2,2; p.48,1-22; inc. *Si manebit semper*

¹⁸ CLA II (1935) No. 215.

mundus, expl. *occidit veritas*), quod codex Monacensis lat. 6407 bibliothecae nationalis Bavaricae, olim cathedralis S. Mariae Frisingensis, s.IX in. in scriptorio Veronensi exaratus¹⁹ ff.103v–104r exhibet. Quamquam ad rem criticam nihil novi adfert, tamen fragmentum omittere nolui, quia interlocutorum siglis caret.

B. De immortalitate animae

S Codex Sessorianus XVI (2101) bibliothecae nationalis Romanae, olim monasterii S. Crucis in Hierosolymis, Augustini opuscula De quantitate animae (ff.3r–44r) et De immortalitate animae (ff.45r–57v) continet. Capitula ex Retractationibus sumpta (1,7; 1,5; f.2v et ff.44r–45r) praecedunt. Codicem in catalogo bibliothecae Nonantulanae a. 1166 scripto iam commemoratum²⁰ ante s.IX med. unus librarius in scriptorio illius monasterii exaravit, alter eiusdem fere aetatis (*m2*) nigriore atramento usus correxit. Dialogus De quantitate animae inter *Aug*(ustinum) et *Ad*(eodatum) divisus est.

T Codex Trevirensis bibliothecae municipalis 149 s.IX med. Vide supra p. XIII.

M Codex Ambrosianus M 1 sup.membr. 8, olim monasterii S. Columbani Bobiensis inter alia exhibet Augustini opuscula De decem chordis (serm. 9) et ff.31v–45r De immortalitate animae Retractatione praemissa (1,5). Unus librarius post s.IX med. in Italia septentrionali ut videtur codicem scripsit et correxit.

C Codex Casselanus 2° Ms. theol. 30, s.IX¹ scriptus. Vide supra p. XIV.

¹⁹ Cf. B. Bischoff, Die südostdeutschen Schreibschulen I (1940) p.149.

²⁰ Cf. G. Gulotta, Gli antichi cataloghi e i codici della abbazia di Nonantola, Studi e Testi 281, 1 (1955) pp.40. 41.

K Codex Augiensis perg. CCXXXVI bibliothecae publicae Badensis ante s.IX med. exaratus. Vide supra p. XV.

L Codex Augiensis perg. XCV, hodie in bibliotheca publica Badensi urbis Caroliruhensis asservatus varia Augustini opuscula complectitur. Libellus De immortalitate animae ff.71v–78v apparet; dialogum De quantitate animae interlocutorum siglis carentem et maiore lacuna deformatum (14,24–21,36; pp. 161,4–175,10) ff.78v–100r exhibent. Textus medio fere s.IX in scriptorio Augiensi scriptus uni debetur librario et ab altero (*m2*) eiusdem fere aetatis correctus est.

P Codex Parisinus lat. 2718 bibliothecae nationalis. olim Colbertinus 1593 (4593), deinde Regius 4223, inter alia Augustini libros In epistolam Iohannis ad Parthos, De gratia et libero arbitrio, De correptione et gratia praebet. Opusculum De immortalitate animae Retractatione praemissa (1,5) ff.115v–124r legitur. Codicem formae singularis, cuius latitudo (240 mm) altitudinem (155 mm) superat, in scriptorio palatii, ut B. Bischoff suspicatur, secundo vicennio s.IX librarius scripturae carolingicae Turonensis peritus exaravit et corrector coaevus (*m2*) hic illic retractavit.

A Codex Parisinus lat. 17349 bibliothecae nationalis, olim monasterii S. Cornelii oppidi Compiègne, ille „Corneliensis pervetustus“ Maurinorum est. Medio fere saeculo IX in scriptorio Corbeiensi (Corbie) scriptus Cypriani litteras et opuscula, eiusdem sancti passionem et Orosii librum apologeticum continet. Augustini libellus De immortalitate animae ab uno librario exaratus Retractatione praemissa ff.149r–164v legitur; mutile desinit verbis *a se distare convincitur* (16,25; p.128,21).

W Codex Guelferbytanus Gud. lat. 184. 4°, s.IX med. Vide supra p. XVIII.

U Codex Parisinus lat. 13361 bibliothecae nationalis, olim S. Germani a Pratis, ille „Germanensis“ est, quem

Maurini adhibuerunt, cum Augustini libros De libero arbitrio ederent²¹. Libellus De immortalitate animae ab una manu s.XI diligenter scriptus Retractatione adiuncta (1,5) ff.64r–76v legitur.

C. De quantitate animae

S Codex Sessorianus XVI (2101) bibliothecae nationalis Romanae ante s. IX medium scriptus. Vide supra p. XXI.

T Codex Trevirensis bibliothecae municipalis 149 s.IX med. Vide supra p. XIII.

D Codex Monacensis lat. 15826 bibliothecae nationalis Bavaricae s.XI in. Vide supra p. XIV.

C Codex Casselanus 2^o Ms. theol. 30, s.IX¹ scriptus. Vide supra p. XIV.

K Codex Augiensis perg. CCXXXVI bibliothecae publicae Badensis ante s.IX med. exaratus. Vide supra p. XV.

L Codex Augiensis perg. XCV bibliothecae publicae Badensis s.IX med. scriptus. Vide supra p. XXII.

V Ms. 896 bibliothecae publicae Darmstadtensis, olim cathedralis Constanciensis, deinde monasterii Weingartensis, in vetustiore parte ff.219v–241v dialogum De quantitate animae continet. Textum s.IX² litteris carolingicis alemannicis a quattuor librariis exaratum Wolferad clericius Constanciensis (*m. post.*) quarto vicennio s.XI revisit et notis marginalibus variisque lectionibus instruxit; Retractationum capitulum (1,7) f.219r addidit. *M*(agister) et *D*(iscipulus) colloquuntur, quorum locum in libri fine hic illic *R.* et *Q.* tenent. J. Autenrieth de hoc eodice disseruit²².

²¹ Cf. CSEL 74, p.IX.

²² Die Domschule von Konstanz zur Zeit des Investiturstreites, Stuttgart 1956, p.82.

X Codicum in Gallia scriptorum vetustissimus est Parisinus lat. 13369 bibliothecae nationalis, olim S. Petri Corbeiensis, postea in bibliothecam S. Germani a Pratis transvectus et a Maurinis in eorum editione adornanda adhibitus. Primo vicennio s.IX in scriptorio Corbeiensi a compluribus librariis exaratus inter alia Augustini opera dialogum De quantitate animae Retractatione praecedente (1,7) ff.144r–185v praebet. Corrector coevus (*m2*) textum revisit et interlocutorum sigla plerumque omissa supplevit. *M*(agister) et *D*(iscipulus) colloquuntur.

J Codex Augiensis perg. CXCXV bibliothecae publicae Badensis ante medium saeculum IX scriptus. Vide supra p. XVII.

Laon 55 Codex bibliothecae municipalis Laudunensis 55 duobus foliis interiori involueri parti adglutinatis duo fragmenta dialogi De quantitate animae servavit: 14,24–17,30 (p.160,3–p.167,7: inc. *non abhorret*, expl. *sed ad vim*) et 36, 80.81 (p. 230,15–p.231,16: inc. *tibi potius*, expl. *observabo*). Quae folia reliquiae sunt codicis cuiusdam medio fere s.IX in regione Laudunensi (Laon) vel Suessionensi (Soissons) hibernicis litteris exarati, qui eum codice *J* eiusdem scriptorii artiore necessitudine conectitur. De foliorum origine B. Bischoff disseruit²³. *M*(agister) et *D*(iscipulus) colloquuntur.

Y Codex Harleianus 3012 bibliothecae Britannicae, olim monasterii S. Martini Wiblingensis ff.1r–32v Augustini dialogum De quantitate animae Retractatione praemissa (1,7) continet, quem Sedulii pasehale opus oratione soluta conscriptum et Hieronymi in Apocalypsin explanatio sequuntur. Codex ante s.IX med. in scriptorio Turonensi exaratus ex exemplari insulari descriptus esse videtur, cu-

²³ Colloques Internationaux du Centre National de la Recherche Scientifique 561, Paris 1977, pp.56. 109. 110.

ius abbreviationes vix umquam recte solutae sunt. Corrector coevus (*m2*) textum retractavit et saepius verba omissa supplevit. Dialogus inter *R*(ationem) et *A*(ugustinum) dividitur, cuius partem paucis locis *Ad*(eodatus) assumit.

Z Codex Valencianus 163 (155), olim monasterii S. Amandi, hodie in bibliotheca municipali oppidi Valencienae asservatus inter alia Augustini opuscula quaestiones de anima tractantia ff.4r–58r librum De quantitate animae praebet. Textum ante s.IX med. in scriptorio S. Dionysii, ut B. Bischoff censet, exaratum corrector (*m. post.*) s.XII retractavit. Idem est qui dialogum viginti et duobus capitulis vel quaestionibus distinxit, quorum tabula (ff.2r–3r; inc. *propositio sex questionum*) etiam in aliis codicibus in Gallia septentrionali inde a saeculo XII scriptis apparet. Vices dialogi *A*(ugustino) et *Ad*(eodato) assignantur.

III. Quae ratio inter codices intercedat

A.

Soliloquiorum codices vetustiores nec ab uno fonte derivari nec in familias clare distinctas dividi possunt. Immo vero textum mixtum et contaminatum exhibent. Quod non est cur mireris, cum Augustini opera iam auctore vivo in publicum prodierint et variis viis oberratis in bibliothecas aetatis posterioris migraverint. Librariis plures codices ad manus fuisse variis probatur lectionibus, quas inter lineas vel in margine hic illie siglo *al* et *l* notatas adscripserunt. Quamquam libri antiquiores certis familiis assignari nequeunt, non desunt testes pluribus locis velut factio quaedam contra ceteros conspirantes, ita tamen, ut plerumque sibi non constant et ad adversarios transfugiant.

Artiore vinculo Qm1H et testes italicae originis TD conectuntur. Inter codices in Gallia exaratos concordant contra ceteros WG, WO, WGO, JWGO, quorum partem hic illic K sustinet. Contra HK certis locis CF stant, cum quibus NR adversus reliquos societatem ineunt. Quae res his exemplis selectis illustrentur:

Q¹H: p.4,15 *sunt* (*est* cet.); p.6,18 *absolbetur* Q¹ *absolvitur* H (*absorbetur* cet.); p.11,2 *illos* (*illud* cet.); p.37,4 *amplius* (*plus* cet.); p.61,14 *nominamus* (*deprehendimus* cet.)

Q¹HG: p.10,9 *fidem auge* (om.cet.)

TD: p.3,12 *agas* (*agis* cet.); p.78,8 *questione* (*cautione* cet.); p.92,7 *perpetuitate* (*perpetua vita* cet.); p.94,11 *revocari* (*recordare* K, *recordari* cet.)

WG: p.15,16 *autem* (*enim* cet.); p.18,16 *quia nec* (*quia* cet.); p.31,13 *habeo* (*habebo* cet.); p.67,21 *alieque* (*ceteraque* Q, *ceteramque* K, *ceteraeque* cet.)

WO: p.21,18 *tum* (*iam* cet.); p.68,19 *voluntate ut* (*volunt aut* cet.); p.91,11 *libentissime recordor* (*recordor* om. cet.)

WGO: p.11,20 *monstretur* WG, *demonstretur* O (*demonstrari potest* K, *demonstrari debeat* cet.); p.41,9 *enim* WGO (*etiam* cet.); p.75,10 *alia similia* (*alia* cet.); p.91,11 *commemorasti* (*commemoras* cet.)

JWGO: p.38,18 *at si* (*nt* cet.)

KJG: p.94,6 *opinamur* (*operamur* cet.)

KJWG: p.16,4 *ad haec* (*haec* cet.); p.73,11 *superius* (*supra* cet.); p.90,2 *per se* (*penitus* cet.)

KJWGO: p.14,5 *nosse* (*cognoscere* E, *noscere* cet.)

CFN: p.34,4 *electis* (*electissimis* cet.); p.45,4 *librum secundum* om.

CFR: p.14,23 *similibus* (*simili* Cae.m2 cet.); p.66,1 *iudicatur* (*iure dicatur* cet.); p.97,4 *imaginari ac* (*imaginaria* cet.)

CFNR: p.4,9 *perimit* (*prodit* G, *perdit* Cpc. cet.); p.42,13 *exposco* (*exspecto* cet.); p. 80,18 *scripturis* (*scriptis* cet.)

FR: p.69,4 *omnis (hominis cet.)*; p.89,1 *concedis desidero (concedis cet.)*

B.

Libelli De immortalitate animae codices vetustiores perinde ac Soliloquiorum memoria textum mixtum et contaminatum praebent. Mendis et omissionibus CK concordant, quorum testimonium hic illic L fuleit. Communibus erroribus codices STAW coniunguntur, semel (p.102,13) A solus lectionem genuinam servat. Duobus locis (pp.120,10 et 126,16) codices aetate carolingica scripti lacunis laborant, quae auxilio quod adfert U (s.XI) expleri possunt. Quomodo codices inter se coniuncti sint, haec exempla monstrent:

CK: p.104,14 *peragi possit (peragi cet.)*; p.109,2 *arescat (durescat cet.)*; p.109,3 *frigescat C, frigescatque K (rigescatque cet.)*; p.117,13 *concessit (concesso cet.)*; p. 122,3 *fortasse (legi P, forte cet.)*; p.123,13 *vis (ius cet.)*

CKL: p.105,20 *fit (sit cet.)*; p.128,18 *coloris (candoris U, doloris cet.)*

C.

Inter codices antiquiores dialogi De quantitate animae artiore affinitate STD coniuncti sunt. Horum testimonium hic illic YZ confirmant, qui plerumque contra VXJ stant. Communibus mendis et omissionibus CK deformantur, quorum partes certis locis L tenet. Quomodo codices inter se cohaereant, haec exempla monstrent:

STD: p.180,11 *parvo (pari cet.)*; p.185,18 *ibi esse (ubi es cet.)*

STDYZ: p.137,23 *quam si (quamquam si hoc cet.)*; p.146,26 *constituis (constituisti cet.)*; p.226,2 *aeternitatem (principium cet.)*; *veritatem (sapientiam cet.)*; p.228,12 *timore (amore cet.)*

YZ: p.167,8 *existimanda* (*aestimanda* cet.); p.170,24 *exspectant* (*spectant* cet.); p.171,12 *didicit* (*discit* cet.); p.178,14 *acuta febris* (*acutae febres* cet.); p.189,8 *facile est* (*facias* CV, *facies* cet.)

VXJ: p.175,18 *animae* (*homini* cet.); p.181,3 *sublimiter* (*subtiliter* cet.); p.210,6 *tanta* (*tota* Vpc. cet.); p.210,10 *cor* (*cursum* cet.); p.211,23 *valeam* (*valeamus* cet.)

CKL: p.156,4 *palpae* CL, *valvae* K (*ianuae* cet.)

IV. De rebus orthographicis

Libri manuscripti, qui huic editioni fundamentum praebent, recentiores sunt quam ut orthographiae norma, quam Augustinus ipse secutus est, certe erui firmeque restitui possit. Huc accedit quod codices in usu orthographico valde inter se differunt et librarii ut videtur exemplarium quae descripserunt differentiam servaverunt vel propriae incuriae indulgentes saepe a via quam ingressi sunt aberraverunt. Ita e.g. in eodem codice haud raro vocalium inconstantia deprehenditur; praepositiones *ad*, *in*, *ob* in verbis compositis modo assimilantur, modo sine assimilatione leguntur.

Orthographiae inconstantia quae in codicibus apparet perpensa Casselanum (C) sequi placuit, ducem satis bonum non solum in rebus, quae ad usum scribendi attinent. Ne is quidem semper sibi constat, sed minus quam ceteri orthographiae perturbatione laborat. Praepositiones in verbis compositis plerumque proprias formas retinent, quaedam voces tamen variantur, velut: *admonere*/*ammon*-; *adpetere*/*appet*-; *adtendere*/*attend*-; *inmutabilis*/*immut*-; *inprobis*/*improbare*. Semper assimilationem exhibent *appellare*; *aspicere*; *committere*; *commovere*; *commutare*; *complere*; *componere*.

V. De Soliloquiorum versione Anglosaxonica

Alfredus rex Anglosaxorum s.IX ex. cum alia opera latina tum Augustini Soliloquia in linguam vernaculam vertit vel verti iussit. Anglosaxonica interpretatio, quam codex bibliothecae Britannicae Vitellius A XV s.XII exaratus solus servavit, textum exhibet partim breviatum, partim libera paraphrasi variatum et amplis additionibus auctum. Alfredus rex in sua versione Soliloquiorum librum primum et initium libri secundi usque ad verba *ita est* (2,1,1; p.47,14) adhibuit codice latino usus, qui solus inter manuscripta vetustiora genuinam Augustini lectionem *animum* (p.14,8) servavisse videtur. *R*(atio) et *A*(ugustinus) colloquantur²⁴.

VI. De editionibus

Opuscula in hoc volumine collecta inter alia Augustini scripta genuina et spuria anno 1491 Parmae per Angelum Ugoletum primum prelo commissa sunt (*p*)²⁵; cuius editionis maximam partem eodem anno Venetiis Pelegrinus de pasqualibus de Bononia repetivit²⁶. Omnia Augustini opera tunc temporis nota primus Johannes Amerbachius Basileae anno 1506 typis vulgavit (*a*); idem est qui textum in capitula romanis litteris signata divisit. Anno 1529 Basileae Desiderius Erasmus in Frobenii bibliopolae officina iterum omnia Augustini opera edenda curavit (*e*). Theologorum Lovanensium editio (*l*) anno 1576 apparuit; primum tomum operum Augustini anno 1679 Parisiis Maurini publicis iuris

²⁴ De versione Anglosaxonica cf. König Alfred des Großen Bearbeitung der Soliloquia des Augustinus, hrsg. von W. Endter, Hamburg 1922.

²⁵ Gesamtkatalog der Wiegendrucke III no. 2867.

²⁶ GKW III no. 2869.

fecerunt (*m*). De ratione editorum, qui ss. XVI et XVII recentioribus plerumque codicibus adhibitis suo munere fungebantur, copiose J. de Ghellinck disseruit²⁷. Maurinorum editionem in Patrologiam Latinam receptam iterum atque iterum docti adhibuerunt, qui ss. XIX et XX nostris opusculis studium et operam navaverunt. Post Maurinos Soliloquiorum et libelli De immortalitate animae textum primus in quantum scio Harald Fuchs criticis curis temptavit, versionem germanicam et explicationes Hanspeter Müller addidit, idem in dissertatione Basileensi²⁸ Soliloquia seorsum edidit et notis illustravit.

VII. De textu constituendo

Denique de ratione quam in hac editione secutus sum breviter disserendum est. G. Pasquali²⁹ iam ante multos annos animadvertit haud raro evenisse ut pauci codices a magna copia electi ad textum alicuius auctoris ecclesiastici constituendum sufficerent. Egregii viri consilium an sequendum sit dubito, immo vero non ab re mihi visum est vetustiorum librorum memoriam, quae terminis carolingicae aetatis includitur, quasi integram in quantum potui ante oculos ponere. Contuli – plerumque ex imaginibus photographiceis – omnes codices ss. VIII–X exaratos sive totos sive ex parte neque recentiorum testimonium neglexi. Sed, ut permultis codicibus ss. XI–XIV in Italia, Gallia, Britannia, Germania et Austria inspectis mihi pro certo adfirmare licet, recentiorum memoria novas vias non aperit et vix umquam auxilium difficultatibus quas praebent vetustiores (cf. p. XXVsq.) adfert.

²⁷ *Patristique et Moyen Age*, T. III, Gembloux 1948, pp.366–475.

²⁸ Aurelius Augustinus, *Selbstgespräche über Gott und die Unsterblichkeit der Seele*, Zürich 1954; id. *Diss. Bas.*, Bern–Bümpliz 1954.

²⁹ *Storia della Tradizione e Critica del Testo*², Firenze 1952, p.43.

Codices vetustiores qui nostra opuscula tradunt neque in familias dividi neque ab uno fonte derivari posse supra (p. XXV) monui. At ne ducem quidem ex eorum numero eligere potui. Codicum qui Soliloquia exhibent, antiquissimus est Nonantulanus (*B*), sed vix usquam lectionem genuinam vel dignam quae praeferatur exhibet, quam ceteri libri prorsus ignorent. Cum inter codices vetustiores nullus sit, cui sine exceptione palma deferri possit, nullus qui propriam utilitatem non habeat, et omnes praebeant textum mixtum, inter varias lectiones ratione discernendum erat, quam contextus orationis et usus scribendi poscere videntur.

Ne graviore sarcina apparatus criticus premeretur, non omnes varias lectiones, sed eas tantum adnotavi, quae alicuius pretii esse viderentur. Menda calami manifesta et orthographiae quisquiliis velut parvi momenti plerumque omisi, nisi aliqua lux ex his ad codicum cognationem illustrandam effulgere potuit. Neminem me ob hoc reprehensurum esse spero, immo vereor, ne cautior aequo talium nugarum nimis multum in apparatusum receperim.

Hactenus de huius editionis ratione. Restat, ut gratias agam quam maximas viris doctis, qui in labore arduo me consilio et opera adiuverunt. Quos omnes grata memoria recolo, paucos hic laudabo. H. Hunger, cuius cura Corpus Scriptorum Ecclesiasticorum Latinorum dirigitur, singulos huius operis gradus magna benevolentia prosecutus est, Michaela Zelzer ad hanc editionem adornandam et perficiendam auxilium pergratum praestitit. Maximo officio me B. Bischoff obstrinxit; huic viro doctissimo et rerum palaeographicarum unice perito quantum debeam, e descriptione codicum (Praef. cap. II) iterum atque iterum elucet. Denique gratum me semper fore profiteor W. Ehlers Monacensi et C. O. Brink Cantabrigiensi amicis nec non uxori carissimae, quae me per multos annos cum oculorum debilitate et morbo conflictantem et de absolvenda editione nonnumquam dubitantem hortatu et opera sustentavit.

SOLILOQVIORVM
LIBRI DVO

Conspectus siglorum

- B* = Londiniensis bibl. Brit. Add. 43460, s.VIII^{ex}.
T = Trevirensis bibl. municipalis 149, s.IX^{med}.
D = Monacensis lat. 15826, s.XIⁱⁿ.
C = Casselanus 2^o Ms. theol. 30, s.IX¹
H = Herbipolitanus 49, s.IX¹
K = Augiensis perg. CCXXXVI bibl. publ. Badensis, s.IX¹
F = Leidensis Voss. lat. Q.75, s.IX¹
Q = Valencianus 247 (237), s.IXⁱⁿ.
J = Augiensis perg. CXCIV bibl. publ. Badensis, s.IX^{med}.
N = Montepessulanus bibl. medicae 137, s.IX^{med}.
W = Guelferbytanus Gud. lat. 184 4^o, s.IX^{med}.
G = Leidensis Voss. lat. Q.129, s.Xⁱⁿ.
O = Audomaropolitanus 267, s.X¹
R = Rivipulensis 106^a Archivii Coronae Aragonensis, s.IX²
E = Escorialensis S.III.32, s.IX

Bibl. Brit. Royal 2 A XX, s.VIII (c. 1,2-6)
Laon 113, s.IX^{med}. (c. 1,1-6)
Rouen 469, s.XI (interdum adhibitus)

codd. = consensus codicum

p = editio Parmensis 1491
a = editio Amerbachii Basileensis 1506
e = editio Erasmi Basileensis 1529
l = editio theologorum Lovanensium 1576
m = editio Maurinorum Parisina 1679
edd. = consensus harum editionum

Hagendahl, Test. = Harald Hagendahl, Augustine and the Latin Classics, Vol. I. Testimonia (Göteborg 1967)

Soliloquiorum liber primus

I.1. Volventi mihi multa ac varia mecum diu ac per multos dies sedulo quaerenti memetipsum ac bonum meum, quidve mali evitandum esset, ait mihi subito sive ego ipse sive alius quis, extrinsecus sive intrinsecus, nescio; nam hoc ipsum est quod magnopere scire molior, ait ergo mihi 5

R(atio:) Ecce, fac te invenisse aliquid; cui commenda- bis, ut pergas ad alia?

A(ugustinus:) Memoriae scilicet.

R. Tantane illa est, ut excogitata omnia bene servet? 10

A. Difficile est, immo non potest.

R. Ergo scribendum est. Sed quid agis, quod valetudo tua scribendi laborem recusat? Nec ista dictari debent; nam solitudinem meram desiderant.

A. Verum dicis. Itaque prorsus nescio quid agam. 15

R. Ora salutem et auxilium, quo ad concupita perve- nias, et hoc ipsum litteris manda, ut prole tua fias animo-

1 *Interlocutorum sigla in codicibus variant (cf. Praef. p. X):* R(atio) – H(omo) *BHKFQE*, R(atio) – A(ugustinus) *cet.* 2 A(ugustinus) Vol- venti *G* Volenti *Jac.* per *om.E* 3 multas *W* memetipse *R* 4 evitam dum *Cac.*, evitandum *T* 5 quis] *add. sive Dyroff* 6 magno perscire *Rac.m2* R(atio) ait *J* 7 R(atio) *om.QNO Laon 113* ecce *om.BHQJG* commendabis] *add. hec Rm2sl.* 9 *interlocutoris siglum om.R Laon 113* 10 R(atio)] H(omo) *HR, om.Laon 113* est illa *K* excogitata] *add. illa BCHQ Laon 113* servantur *H* 11 A(ug.)] R(atio) *RQm2sl., om.T Laon 113* R(atio) Immo *B* 12 R(atio)] H(omo) *B, om.CQac.m2W Laon 113* est *om.BTDHKNJ* R(atio) Sed *BCW*, H(omo) Sed *H* agas *TD* 13 R(atio) Nec ista *H* 15 A(ug.) *om.Qac.m2W Laon 113* prorsu *J* 16 R(atio) *Qm2sl., om.Laon 113* salutem] saltem *Qac.D, add. vel saltim et pete Csl.* quod *Rac.* 16sq. pervenias et] pervenisses *K* 17 prole] pro salute *GQm2pc.*

sior. Deinde quod invenis paucis conclusiunculis breviter conlige. Nec modo cures invitationem turbae legentium; paucis ista sat erunt civibus tuis.

A. Ita faciam.

- 5 2. Deus universitatis conditor, praesta mihi primum ut te bene rogem, deinde ut me agam dignum quem liberes, postremo ut liberes. Deus, per quem omnia, quae per se non essent, tendunt esse. Deus, qui ne id quidem, quod se invicem perdit, perire permittis. Deus, qui de nihilo mundum
10 istum creasti, quem omnium oculi sentiunt pulcherrimum. Deus, qui malum non facis et facis esse, ne pessimum fiat. Deus, qui paucis ad id quod vere est refugientibus, ostendis malum nihil esse. Deus, per quem universitas etiam cum sinistra parte perfecta est. Deus, a quo dissonantia usque in
15 extremum nulla est, cum deteriora melioribus concinunt. Deus, quem amat omne quod potest amare, sive sciens sive nesciens. Deus, in quo sunt omnia, cui tamen universae creaturae nec turpitudine turpis est nec malitia nocet nec

1 breviter] *add. ea Laon 113* 2 legendum *H* 3 Ista adterunt *Qac.m2*, ista faceretur (*tur del.*) *R* satis *H* 4 A(ug.) *Qm2sl.* Ita faciam *H(omo) K* 5 oratio sancti augustini *Hmg.*, oratio *Qmg.Gmg.Omg.* 6 te *om.HJ*, *add.sl.Q*, bene te *J* liberes] exaudias *GQm2sl.pc. m* 7 Deus – p. 6,5 habere *om.Bibl.Brit.Royal 2 A XX* per se] *add. eum K* 8 essent] vel sunt *OmIsl.* tenden//tes se *T* 9 perdit] prodit *G*, perimit *Cac.FNR edd. exc. p* perire] peccare *T* nilo *T* 10 istum *om.EO* quem omnium *Rouen 469 m*, omnium quem *BKQac.JRO ae*, omniumque *TDHFW* *Gac.m2 p*, omnium quae *C Laon 113 l*, *add. quem Cmg.* 11 et facis *om.B* 12 paucis – est] pandis aditum ad te vere *R* verum *Laon 113* ostendis – 13 esse *om.R* 13 esse] *add. id est substantiam non habere.* Omnia quae fecit deus quamvis per aliquem contrarietatem in deterius permutentur auctori tamen suo perfecta sunt cui eorum permanet admirabilis pulcritudo *K Paris.lat. 2697 (s.XI)* 15 est] sunt *IIQac.m2* deterioribus *N* meliora *N* 17 cui *GQpc.*, cuius *cet. p*

error errat. Deus, qui nisi mundos verum scire noluisti. Deus pater veritatis, pater sapientiae, pater verae summae-que vitae, pater beatitudinis, pater boni et pulchri, pater intellegibilis lucis, pater evigilationis atque inluminacionis nostrae, pater pignoris, quo admonemur redire ad te. 5

3. Te invoco, Deus veritas, in quo et a quo et per quem vera sunt, quae vera sunt omnia. Deus sapientia, in quo et a quo et per quem sapiunt, quae sapiunt omnia. Deus vera et summa vita, in quo et a quo et per quem vivunt, quae vere summeque vivunt omnia. Deus beatitudo, in quo et a quo et per quem beata sunt, quae beata sunt omnia. Deus bonum et pulchrum, in quo et a quo et per quem bona et pulchra sunt, quae bona et pulchra sunt omnia. Deus intellegibilis lux, in quo et a quo et per quem intellegibiliter lucent, quae intellegibiliter lucent omnia. Deus, cuius regnum est totus mundus, quem sensus ignorat. Deus, de cuius regno lex etiam in ista regna describitur. Deus, a quo averti cadere, in quem converti resurgere, in quo manere consistere est. Deus, a quo exire emori, in quem redire revivi-

1 cf. *Retract.* 1,4,2 15sq. cf. *Retract.* 1,4,2

1 errat] erat *Rac.m2*, error est *D* Deus – noluisti *om.Laon 113* post noluisti (vol- *pc.*) *add.Qm1*: retractavit se (cf. *Retract.* 1,4,2) propterea qui (!) multi inmundi vera sciunt, licet definiendum sit quale verum non nisi mundi sciunt vel quid ipsum scire 2 pater verae *om.Laon 113* 5 quo] quod *O* 6 te invoco *ad 5 adiunxit Fuchs coll.1.64* veritatis *CHQNW Laon 113 RGac.O* 7 vera sunt quae vera sunt] viunt (!) quae vere summeque vera sunt (vivunt *m2sl.*). Que vera sunt *Rm1* (Deus in quo et a quo et per quem sunt *add.m2sl.*) omnia quae vera sunt *H sapientia*] -iae *HKNO*, patientia *Rac.m2* 8 sapiunt *pr.*] -ient *K* sapiunt *pr.* – 9 per quem *om.H* 10 vere summeque *om.R* omnia *Rm2sl.* 11 beata *pr.* – 12 quem *om.Bac.m2* quae] quaecunque *J* quae beata sunt *Gm2sl.* omnia quae beata sunt *K* 12 et *tert.om.R* 13 intellectibilis *R* 15 quae – omnia *om.R* 16 mundus] *add.* et *HQac.* 18 verti *K* maneret *K* 19 Deus – p. 6,1 vivere est *om.K* mori *JWG Laon 113* 19sq. vivere *BJ*, viviscere *QG*, reviviscere *FR Laon 113*, *add.* est *WO*

scere, in quo habitare vivere est. Deus, quem nemo amittit
nisi deceptus, quem nemo quaerit nisi admonitus, quem
nemo invenit nisi purgatus. Deus, quem relinquere hoc est
quod perire, quem adtendere hoc est quod amare, quem
5 videre hoc est quod habere. Deus, cui nos fides excitat, spes
erigit, caritas iungit, Deus, per quem vincimus inimicum, te
deprecor.

Deus, per quem accepimus, ne omnino periremus.
Deus, a quo admonemur, ut vigilemus. Deus, per quem a
10 malis bona separamus. Deus, per quem mala fugimus et
bona sequimur. Deus, per quem non cedimus adversitati-
bus. Deus, per quem bene servimus et bene dominamur.
Deus, per quem discimus aliena esse, quae aliquando no-
stra, et nostra esse, quae aliquando aliena putabamus.
15 Deus, per quem malorum escis atque inlecebris non haere-
mus. Deus, per quem nos res minutae non minuunt. Deus,
per quem melius nostrum deteriori subiectum non est.
Deus, per quem mors absorbetur in victoriam. Deus, qui
nos convertis. Deus, qui nos eo, quod non est, exuis et eo,

5sq. cf. ICor. 13,13 15 cf. Cic. Hort. frg. 74 BK (Hagendahl, Test. 188e) 18 cf. ICor. 15.54

4 quod alt. - 5 est *Tm2mg.* 5 cuius *JWac.D* 8 per *om.codd. exc.* *Bibl.Brit.Royal 2 A 21 XX HKJ, om.pae* accipimus *Bibl.Brit.Royal 2 A XX Cac.FJ Laon 113 p* pereamus *Bibl.Brit.Royal 2 A XX* 9 vigilemus] visitemus *CFR*, evigilemus *Gm2pc.* Deus alt. - 10 separamus *Bm2mg.* 9sq. bona a malis *Bibl.Brit.Royal 2 A XX J* 10 separamus] speramus *Tac.Rac.m2* 10sq. bona sequimur et mala fugimus (*'* 11 sequimur] ceperamus (?) *O* (*corr.ex* separamus) 13 nostra] vestra *D* 14 esse *om.RO* aliquando *om.B* putamus *F*, putavimus *TD Bibl.Brit. Royal 2 A XX KJN Laon 113 O*, putabimus *Qac.G* 15 Deus = p. 9,3 agnoscit *om.Bibl.Brit.Royal 2 A XX* adheremus *H* 16 minutae res *G* 18 absorbetur] absolbetur *Q*, absolvitur *H*, obsorb- *J* victoria *TFQpc.NW Laon 113 R* Deus alt. - 19 convertis *om.Laon 113* 19 nos alt.] add. ex *N Laon 113* et] add. ex *N*

quod est, induis. Deus, qui nos exaudibiles facis. Deus, qui
 nos unis. Deus, qui nos in omnem veritatem inducis. Deus,
 qui nobis omnia bona loqueris nec insanos facis nec a quo-
 quam fieri sinis. Deus, qui nos revocas in viam. Deus, qui
 nos deducis ad ianuam. Deus, qui facis, ut pulsantibus 5
 aperiatur. Deus, qui nobis das panem vitae. Deus, per quem
 sitimus potum, quo hausto numquam sitiamus. Deus, qui
 coarguis saeculum de peccato, de iustitia, de iudicio. Deus,
 per quem nos non movent, qui minime credunt. Deus, per
 quem improbamus eorum errorem, qui animarum merita 10
 nulla esse apud te putant. Deus, per quem non servimus
 infirmis et egenis elementis. Deus, qui nos purgas et ad
 divina praeparas praemia, adveni mihi propitius tu.

4. Quicquid a me dictum est, unus Deus tu, tu veni mihi
 in auxilium, una aeterna vera substantia, ubi nulla discre- 15
 pantia, nulla confusio, nulla transitio, nulla indigentia, nul-
 la mors, ubi summa concordia, summa evidentia, summa
 constantia, summa plenitudo, summa vita, ubi nihil deest,
 nihil redundat, ubi qui gignit et quem gignit unum est.
 Deus, cui serviunt quae serviunt omnia, cui obtemperat 20

2 cf. Ioh. 16,13 5sq. cf. Matth. 7,8 6 cf. Ioh. 6,35. 48 7 cf. Ioh.
 6,35 8 cf. Ioh. 16,8 11sq. cf. Gal. 4,9 18sq. cf. Retract. 1,4,3

1 est *om.K* Deus qui nos exaudibiles facis *post p. 6, 19* convertis
tr.FRO 1sq. Deus qui nos unis *om.pae* 2 unis] munis *CKFRO lm*, munis
 unies *W* veritatem] virtutem *Q* 3 e nobis *BTCHKFQW Laon 113 Gac.*
 6 panem vitae das *J* 7 sitiamus] sitimus *KG*, sitiemus *Cpc.D* 8
 coarguis] quo arguis *Rac.m2*, arguis (*Vulg.*) *HKNQpc.m2* saeculum]
 mundum (*Vulg.*) *O* iustitia] *add. et edd. exc.p* 10 quem] *add. nos G* 11
 putant] credunt *JWG* non] nos *R* 13 post propitius *distinx.*
CKFQR(spatium)GO 14 dictum] datum *D* tu *pr. om.O* veni veni
BCpc.sl.HKQJNWGO 15 et vera *Q Fuchs*, vera *cet.edd.* 19 unum est
Bm2sl. est] sunt *DKN Laon 113 O*, vel sunt *Cm3sl.Jsl.* 20 Deus
om.codd.exc.N obtemperet *Laon 113*

omnis bona anima. <Deus>, cuius legibus rotantur poli,
 cursus suos sidera peragunt, sol exercet diem, luna temper-
 rat noctem omnisque mundus per dies vicissitudine lucis et
 noctis, per menses incrementis decrementisque lunaribus,
 5 per annos veris, aestatis, autumnus et hiemis successione-
 bus, per lustra perfectione cursus solaris, per magnos orbis re-
 cursu in ortus suos siderum magnam rerum constantiam,
 quantum sensibilis materia patitur, temporum ordinibus
 replicationibusque custodit. Deus, cuius legibus in aevo
 10 stantibus motus instabilis rerum mutabilium perturbatus
 esse non sinitur frenisque circumeuntium saeculorum sem-
 per ad similitudinem stabilitatis revocatur. <Deus>, cuius
 legibus arbitrium animae liberum est bonisque praemia et
 malis poenae fixis per omnia necessitatibus distributae
 15 sunt. Deus, a quo manant usque ad nos omnia bona, a quo
 coercentur usque a nobis omnia mala. Deus, supra quem
 nihil, extra quem nihil, sine quo nihil est. Deus, sub quo

1-9 cf. Cic. Tusc. 1, 68 - 70 (Hagendahl, Test. 298)

1 Deus *suppl.Fuchs* 2 temperet *H* 3 diem *Qac.* vicissitudine]
 -nem *T Laon 113*, -nes *K*, -nis *Rac.m2* 4 noctis] *add. et J*, -tes *Rac.m2*
 incrementis *JEO pelm*, cremen-tes *B*, cremen-tis *cel. a* decrementisque
J (detrem- pc.) aelm, decrimen- *K*, detrimen-tisque *cel. p* 5 vernis *T* et
om.WGO, atque *Jsl.* 6 per lustratas *K* solaris] lunaris *Cac.* magnus
R orbis *HFQac.R* recursus *HFQac.R*, recursos *C* (vel u *sl.*), recurrit
E 7 ortos *Wac.* magnarum *HO*, *add. o s. a O*, magna *KWRE*
 constantia *HKNWOE*, concinentiam *CNmg.* (vel stan *sl.*), continentiam
F, continencia *R*, consequentiam *Laon 113* 8 quantam *R*, quam *K*
 temporis *G* 9 Deus *om.codd.exc.N* 10 motu *E* instabili *ED*
 motabilium *D* 11 situr *T* frenique *B* circueuntium *CJW* 12 Deus
add.Fuchs 14 poena *B*, pena *Laon 113 RE* effixis *B*, fixa *Laon 113*
 distributa *BDH* 15 Deus *om.codd.exc.N* manent *E* 15sq. quo
 hercentur *T* 16 usque *om.DNJWO* Deus *om.codd.exc.N* 17 extra
 quem nihil *om.Laon 113* nihil *alt.] add. ultra quem nihil, subter quem*
 nihil, circa quem nihil *J* quo *pr.] quod Laon 113* Deus *om.codd.exc.N*

totum, in quo totum, cum quo totum est. <Deus>, qui fecisti hominem ad imaginem et similitudinem tuam, quod qui se ipse novit, agnoscit. Exaudi, exaudi, exaudi me, deus meus, domine meus, rex meus, pater meus, causa mea, spes mea, res mea, honor meus, domus mea, patria mea, salus mea, lux mea, vita mea. Exaudi, exaudi, exaudi me more illo tuo paucis notissimo. 5

5. Iam te solum amo, te solum sequor, te solum quaero, tibi soli servire paratus sum, quia tu solus iuste dominaris; tui iuris esse cupio. Iube, quaeso, atque impera quicquid vis, sed sana et aperi aures meas, quibus voces tuas audiam. Sana et aperi oculos meos, quibus nutus tuos videam. Expelle a me insaniam, ut recognoscam te. Dic mihi qua adtendam, ut aspiciam te, et omnia me spero quae iusseris esse facturum. Recipe, oro, fugitivum tuum, domine clementissime. Iamiam satis poenas dederim, satis inimicis tuis, quos sub pedibus habes, servierim, satis fuerim fallaciarum ludibrium. Accipe me ab istis fugientem famulum tuum, quia et isti me, quando a te fugiebam, acceperunt 10 15

Isq. cf. Gen. 1,26

1 totum *pr.*] *add.* est *elm*, *add.* esse a totum *alt.*] *add.* est *edd.exc.p*
 cum quo totum est *om.O* est *om.N* Deus *add.Fuchs* 3 exaudi *alt.*] *audi K* exaudi *tert.om.R* 4 dominus *O*, domine deus *Qac.* pater meus *om.Laon 113* spes mea *om.Bibl.Brit.Royal 2 A XX* 5 res mea *post 6*
 vita mea *tr.R* honor – patria mea *om.R* salus] laus *Laon 113* 6 me] *add.* domine *Bibl.Brit.Royal 2 A XX* tuo illo *Bibl.Brit.Royal 2 A XX HN* 8 Te solum quero Te solum sequor *E* 10 cupio *om.H* 11 vocem tuam *Bibl.Brit.Royal 2 A XX* 12 tuos] tuque *Qac.m2*, tuus *R* expelle – p. 10,1 sentio *om.Bibl.Brit.Royal 2 A XX* 13 et dic *E* qua] quo *Cpc.HFQNJWGOE* 14 tendam *B* ut] *add.* et *Laon 113* me *om.BF Laon 113* 15 rescipe (!) *K*, et recipe *T* et clementissime *K*, clementissime pater *edd.exc.p* 16 penas satis *K* 17 fuerim] fucro *RO*, fecerim *K* 18 ludibrium] *add.* occupatus *Laon 113* 19 et *om.Laon 113* isti *HKQG*, iste *R*, ista *cet.* ad te *Rac.* acciperit *Rm1* (acceperunt *m2pc.*)

alienum. Ad te mihi redeundum esse sentio; pateat mihi pulsanti ianua tua; quomodo ad te perveniatur, doce me. Nihil aliud habeo quam voluntatem, nihil aliud scio nisi fluxa et caduca spernenda esse, certa et aeterna requirenda.

- 5 Hoc facio, pater, quia hoc solum novi; sed unde ad te perveniatur, ignoro. Tu mihi suggere, tu ostende, tu viaticum praebe. Si fide te inveniunt qui ad te refugiunt, fidem da, si virtute, virtutem, si scientia, scientiam. Auge in me fidem, auge spem, auge caritatem. O admiranda et singularis
10 bonitas tua!

6. Ad te ambio, et quibus rebus ad te ambiatur, a te rursum peto. Tu enim si deseris, peritur. Sed non deseris, quia tu es summum bonum, quod nemo recte quaesivit et minime invenit. Omnis autem recte quaesivit, quem tu
15 recte quaerere fecisti. Fac et me, pater, vindica me ab errore; quaerenti te mihi nihil aliud pro te occurrat. Si nihil aliud desidero quam te, inveniam te iam, quaeso, pater. Si autem est in me superflui alicuius adpetitio, tu ipse me munda et fac idoneum ad videndum te. Ceterum de salute

1sq. cf. Matth. 7,8 8sq. cf. ICor. 13,13

2 quomo *KR* a te *Qac.m2* 3 aliud *pr. om.D* habeo aliud *G* voluntate *R* 4 requirenda] querenda *E* 5 ad te *om.Laon 113* 5sq. perveniatur ad te *C* 7 fugiunt *H* 8 virtutem *Rm2sl.* 9 fidem auge *HQG m, om.cet. pael* auge spem in me *Bibl.Brit.Royal 2 A XX* spem] speciem *p* auge in me caritatem *K* 11 ad te *alt.] a te BHac.* ambiatur ad te *Bibl.Brit.Royal 2 A XX* ambiatur] ambio//rum *R* a] ad *R Bibl.Brit.Royal 2 A XX* 12 deseris *pr.] desieris Laon 113* peritur] *add. hic codd. (hic peritur N) pael, hic exp.QG, om.Rouen 469 m* 13 et – 14 quaesivit *Tm2* 14 autem] enim *Laon 113, add. te HQac.* 15 fac – p. 11,4 tantum *om. Bibl.Brit.Royal 2 A XX* et *om.JG m* et me] *add. querere Qm2mg. pater] add. quaerere te Om2sl.Gm2sl. Rouen 469 Im vindicare JD* me *alt. om.DJac.m2D* 16 quaerentem *Gpc.* mihi te *O* nihil mihi *Gpc.* pro] praeter *W* si] quia *Laon 113, om.KE* 17 te *pr.] add. ut Jm2sl.* quaeso] *add. te Jm2sl.* 18 superfluvia *K*

huius mortalis corporis mei, quamdiu nescio, quid mihi ex
 eo utile sit vel eis, quos diligo, tibi illud conmitto, pater
 sapientissime atque optime, et pro eo, quod ad tempus
 admonueris, deprecabor. Tantum oro excellentissimam cle-
 mentiam tuam, ut me penitus ad te convertas nihilque mihi 5
 repugnare facias tendenti ad te iubeasque me, dum hoc
 ipsum corpus ago atque porto, purum, magnanimum, ius-
 tum prudentemque esse perfectumque amatorem percep-
 toremque sapientiae tuae et dignum habitatione atque ha-
 bitatorem beatissimi regni tui. Amen, amen. 10

II.7. *A.* Ecce oravi deum.

R. Quid ergo scire vis?

A. Haec ipsa omnia quae oravi.

R. Breviter ea conlige.

A. Deum et animam scire cupio. 15

R. Nihilne plus?

A. Nihil omnino.

R. Ergo incipe quaerere. Sed prius explica, quomodo,
 tibi si demonstretur deus, possis dicere: 'sat est'.

A. Nescio, quomodo mihi demonstrari debeat, ut di- 20
 cam: 'sat est'. Non enim credo me scire aliquid sic, quomodo
 scire deum desidero.

1 corporis mei huius mortalis *WG* quamdiu nescio] quam divinae
 suo *Qm1*, quam diu vivo nescio *Qm.post.* 2 illos *HQac.m2* 3 atque
 optime *om.Laon 113* ad *om.H* 4 monueris *Laon 113* 5 penitus
Cm2mg., om.F, penitentem *Bibl.Brit.Royal 2 A XX* nihilque] et nihil
J 6 repugnari *T* a te *Qac.m2* me dum] mecum *Cac.* 7 ago corpus
Bibl.Brit.Royal 2 A XX J agat *K* atque porto *om.H* 8 perfectumque]
add. esse Bibl.Brit.Royal 2 A XX praeceptorem *Rac.* 9 habitatione]
add. tua Fuchs habitatore *Cac.KFR*, cohabitarem (!) *D* 10 amen amen
CHWG m, om. Bibl.Brit.Royal 2 A XX, amen *cet. pael* 11 A(ug.) *om.N*
 13 ipsa *om.O* 16 nihil *R* 18 prius] plus *B* 19 tibi sede monstretur
K deus *om.R* dicere *Rm2sl.* satis *R* 20 demonstrare *Qac.*
 demonstrari debeat] monstretur *WG*, demonstretur *O*, demonstrari pot-
 est *K* dicamus *B* 21 satis *R* me scire] nescire *D*, scire me *CFNJRO*
 22 deum scire *K*

R. Quid ergo agimus? Nonne censes prius tibi esse sciendum, quomodo tibi deum scire satis sit, quo cum perveneris non amplius quaeras?

A. Censeo quidem, sed quo pacto fieri possit, non video.
5 *Q.* Quid enim deo simile umquam intellexi, ut possim dicere: 'quomodo hoc intellego, sic volo intellegere deum'?

R. Qui nondum deum nosti, unde nosti nihil te nosse deo simile?

A. Quia si aliquid deo simile scirem, sine dubio id
10 amarem. Nunc autem nihil aliud amo quam deum et animam, quorum neutrum scio.

R. Non igitur amas amicos tuos?

A. Quo pacto eos possum amans animam non amare?

R. Hoc modo ergo et pulices et cimices amas?

15 *A.* Animam me amare dixi, non animalia.

R. Aut homines non sunt amici tui aut eos non amas; omnis enim homo animal et animalia te non amare dixisti.

A. Et homines sunt et eos amo, non eo quod animalia, sed eo quod homines sunt, id est ex eo quod rationales
20 animas habent, quas amo etiam in latronibus. Licet enim mihi in quovis amare rationem, cum illum iure oderim, qui male utitur eo quod amo. Itaque tanto magis amo amicos meos, quanto magis bene utuntur anima rationali, vel certe quantum desiderant ea bene uti.

2 quomo *G* deum] dominum *J* 4 non] nec cui *R* 5 enim *om. J*
deum *Cac. m2* 6 sic] si *Qac.* 7sq. deo nosse simile *KJWEG* 9 deo]
deum *F* 10 amare *D* autem] *add.* id *D* nihil *om. Om1, add.* non *post*
aliud *Om. post. sl.* 13 amore *K* 14 hoc ergo modo *J* ergo et] quo
Qm2sl. pc., ergo ut *WO* eymices *J* 15 me *om. J* 17 enim *om. B* est
animal *m* 18 eo *Bm2sl.* 19 rationabiles *Cac. JR* 20 quas] quos *KF*,
quod *R* enim] etiam *R* 21 illos *R* 22 magis *om. E* 23 rationabili
JE, rationale *R* 24 desiderans *B*

III. 8. *R.* Accipio istud. Sed tamen si quis tibi diceret: 'faciam te sic deum nosse, quomodo nosti Alypium', nonne ageres gratias et diceres: 'satis est'?

A. Agerem quidem gratias, sed sat esse non dicerem.

R. Cur, quaeso? 5

A. Quia deum ne sic quidem novi quomodo Alypium, et tamen Alypium non satis novi.

R. Vide ergo, ne impudenter velis satis deum nosse, qui Alypium non satis nosti.

A. Non sequitur. Nam in comparatione siderum quid 10
est cena mea vilius? et tamen cras quid sim cenaturus, ignoro; quo autem signo luna futura sit, non impudenter me scire profiteor.

R. Ergo vel ita deum nosse tibi satis est, ut nosti, quo 15
cras signo luna cursura sit?

A. Non est satis. Nam hoc sensibus adprobo. Ignoro autem, utrum vel deus vel aliqua naturae occulta causa subito lunae ordinem cursumque conmutet. Quod si acciderit, totum illud, quod praesumpseram, falsum erit.

R. Et credis hoc fieri posse? 20

A. Non credo. Sed ego, quid sciam, quaero, non quid credam. Omne autem, quod scimus, recte fortasse etiam credere dicimur, at non omne, quod credimus, etiam scire.

1 istuc *BCGO*, isthoc *J*, illud *W*, istud *cet.* tibi *om.K* 2 alypium, alipium, alipyum *codd.promiscue (sim.saepe)* non *Qac.m2* 3 gratias ageres *Rouen 469 edd.* dicere *R* sat *Cac.m2NO* 4 quidam *Q* satis *HJ lm* 5 cur, quur *codd.promiscue (et saepe)* 6 nec *Hsl.KQO* ne sic *om.F* 8 nec pudenter *D* satis *om.E* 9 nosti *Bm2mg.* 10 syderum *H* 11 cena] mensa *O*, mea cena *lm* quod *R* 12 signum *Cac.* 14 nosti *post 15* sit *tr.O* quo] quod *Bac.Tac.* 16 nam] non *K* 17 autem *om.E* vel *pr. exp.Q* 18 conmutet] commotet *JDac.*, committet *Nac.*, mutet *E*, *add.* et *TD* accederit *BR* 19 illum *R* praesumpseram] -erat *Dac.*, -sumserat *B*, sumseram *R*, *add.* iam *K* 21 non *pr. om.K* credis *N* quero *Cm2sl.* numquid *G* 22 etiam *om.D* 23 dicimus *Cac.m2O* at] an *KWO*, et *Dac.* scimus *TDCFR*

R. Respuis igitur in hac causa omne testimonium sensuum?

A. Prorsus respuo.

R. Quid? illum familiarem tuum, quem te adhuc ignore rare dixisti, sensu vis nosse an intellectu?

A. Sensu quidem quod in eo novi, si tamen sensu aliquid noscitur, et vile est et satis est. Illam vero partem, qua mihi amicus est, id est ipsum animum, intellectu adsequi cupio.

10 *R.* Potestne aliter nosci?

A. Nullo modo.

R. Amicum igitur tuum et vehementer familiarem audes tibi dicere esse ignotum?

15 *A.* Quidni audeam? Illam enim legem amicitiae iustissimam esse arbitror, qua praescribitur, ut <sicut> non minus ita nec plus quisque amicum quam seipsum diligat. Itaque cum memetipsum ignorem, qua potest a me adfieri contumelia, quem mihi esse dixero ignotum, cum praesertim, ut credo, ne ipse quidem se noverit?

20 *R.* Si ergo ista, quae scire vis, ex eo sunt genere, quae intellectus adsequitur, cum dicerem impudenter te velle deum scire, cum Alypium nescias, non debuisti mihi cenam tuam et lunam proferre pro simili, si haec, ut dixisti, ad sensum pertinent.

14–16 cf. Cic. Tusc. 3,73 (Hagendahl, Test. 313)

1 in exp.Q, om.O sensum R, sensus E 5 nosse KJWGO, cognoscere E, noscere cet. 7 est alt. om.KN 8 est alt. om.K animum pm, amicum codd. ael 10 potestne T edd., potest enim cet. 12 audes] aut es Cac. 13 esse dicere TD 14 quinni Q, quidne RE iustissimam] eius testissimam H (al. certissimam m.post.mg.) 15 perscribitur HFWGac. sicut lm, om.codd. pae 16 quisquam HEO 17 qua] quia D qua potestate me H 19 ne ipse] de ipso B 20 quae alt.] quod J 22sq. mihi cenam tuam H edd., cenam tuam mihi cet. 23 similibus Cpc.m2FR

IV. 9 Sed quid ad nos? Nunc illud responde: si ea, quae de deo dixerunt Plato et Plotinus, vera sunt, satisne tibi est ita deum scire, ut illi sciebant?

A. Non continuo, si ea, quae dixerunt, vera sunt, etiam scisse illos ea necesse est. Nam multi copiose dicunt quae nesciunt, ut ego ipse omnia, quae oravi, me dixi scire cupere, quod non cuperem, si iam scirem. Num igitur eo minus illa dicere potui? Dixi enim non quae intellectu comprehendere, sed quae undeunde conlecta memoriae mandavi et quibus adcommodavi quantam potui fidem. Scire autem aliud est. 5 10

R. Dic, quaeso, scisne saltem in geometrica disciplina quid sit linea?

A. Istud plane scio.

R. Nec in ista professione vereris Academicos? 15

A. Non omnino. Illi enim sapientem errare noluerunt, ego autem sapiens non sum. Itaque adhuc non vereor earum rerum quas novi scientiam profiteri. Quod si, ut cupio, pervenero ad sapientiam, faciam quod illa monuerit.

R. Nihil renuo. Sed, ut quaerere coeperam, ita ut lineam nosti, nosti etiam pilam, quam sphaeram nominant? 20

A. Novi.

15-17 cf. Cic. ac. 2,66 (Hagendahl, Test. 134b)

2 de deo om.JG dixerint G platinus BRac.m2 p, plotinius K, photinus H 5 scisse (add. r s. ss) J multi] nulli B 6 ipse] add. qui E dixi me CFR 9 undeunde BT, unde Cac.Hac.m3FWREGac.Oac., undeinde J, undique KN, undecumque Q, undecumque Rpc.m2 10 quantam] add. vel um Qsl. fide B R(atio) scire JWGac.OQm2 12 R(atio)] A(ug.) JWGac.OQm2pc. R(atio) scisne JWGac.OQm2 saltem, saltim codd.promiscue 14 istuc CBFQNJW 15 in om.F verearis JWG Academicos WO, acad-, achad- codd.promiscue 16 omnino non E enim] autem WG sapienter E 18 quid K si] add. et WGOQm2 ut om.F 20 caeperam R 21 spheram, speram codd.promiscue 22sq. A(ug.) novi aequae R(atio) utrumque WO, H(omo) novi eque R(atio) aequae K

R. Aequè utrumque nosti an aliud alio magis aut minus?

A. Aequè prorsus. Nam in utroque nihil fallor.

R. Quid? haec sensibusne percepisti an intellectu?

5 *A.* Immo sensus in hoc negotio quasi navim sum expertus. Nam cum ipsi me ad locum quo tendebam pervexerint, ubi eos dimisi et iam velut in solo positus coepi cogitatione ista volvere, diu mihi vestigia titubarunt. Quare citius mihi videtur in terra posse navigari quam geometricam sensibus
10 percipi, quamvis primo discentes aliquantum adiuuvare videantur.

R. Ergo istarum rerum disciplinam, si qua tibi est, non dubitas vocare scientiam?

15 *A.* Non, si Stoici sinant, qui scientiam tribuunt nulli nisi sapienti. Perceptionem sane istorum me habere non nego, quam etiam stultitiae concedunt. Sed nec istos quicquam pertimesco. Prorsus haec, quae interrogasti, scientia teneo. Perge modo; videam, quorsum ista quaeris.

12–16 cf. Cic. ac. 2, 144.145 (Hagendahl, Test. 150)

1 R(atio) *om.TDJ* utrumque – 3 aequè *om.J* nosti – 3 aequè *om.TD* alio magis aut] alia maius aliud *E* 3 interlocutoris siglum *om.K* aequè *om.K* 4 ad haec *KJWGac.* 5 sensus] -um *HQac.m2JWO*, -u *TDFE* sensu. In hoc *interp.F* navi *D* 6 ipse *HQac.m2* 7 ubi] ibi *N* demisi *Qac.* salo *Qac.* caepi *C*, coepit *D* 7sq. cogitationem istam *H* 8 vestigia – mihi *Tmg.*, *om.D* quare] quur *B*, quasi *R* 9 terram *E* navigare *Qpc.WO* geometrica *D Fuchs*, geometria *G*, geometriam *Tac.QJ pl*, geometricam *Tpc. cet. aem* 10 aliquantulum *JWEO*, aliquam *R* videatur *WO*, videntur *J* 12 disciplina *CFO* 13 vocari *elm* 14 non si] nisi *H* (*corr.ex* non) 15 perceptione *Q*, praeceptionem *E* 16 stultitiam *B*, stulte *K* 17 haec] eorum *J* scientiam *J* 18 R(atio) perge *WGac.OQm2* videamus *J* quo sum *D*, quomodo sum *Cac.m2*. quorussum *B*, quorursum *R*

R. Ne propera, otiosi sumus. Intentus tantum accipe, ne quid temere concedas. Gaudentem te studeo reddere de rebus, quibus nullum casum pertimescas, et, quasi parvum negotium sit, praecipitare iubes.

A. Ita deus faxit, ut dicis. Itaque arbitrio tuo rogato et
obiurgato gravius, si quicquam tale posthac. 5

10. *R.* Ergo lineam in duas lineas per longum scindi manifestum tibi est nullo modo posse?

A. Manifestum.

R. Quid transversim? 10

A. Quid nisi infinite secari posse?

R. Quid? sphaeram ex una qualibet parte a medio ne duos quidem pares circulos habere posse pariter lucet?

A. Pariter omnino.

R. Quid? linea et sphaera unumne aliquid tibi videntur
esse an quicquam inter se differunt? 15

A. Quis non videat differre plurimum?

R. At si aequae illud atque hoc nosti et tamen inter se, ut fateris, plurimum differunt, est ergo differentium rerum scientia indifferens? 20

A. Quis enim negavit?

1 R(atio)] A(ug.) *WGac.O*, H(omo) *Qpc.*, *om.B* ne *om.FR*
propterea *H*, propere *E* propera otiosi] properatiosi *BQac.m2*, prope-
rando otiosi *Qpc.m2* otiosi simus *HWQm2*, otiosissimus *Cac.RD*
R(atio) intentus *BWGOQpc.m2* intentius *E* tantum *om.O* 2 timere
Wac. 4 praecipitari *HQac.* 5 faxat *WO*, faciat *BTCKR* R(atio) itaque
JWGac.OQm2 tua *R* roga *TDCKFNR* et *om.K* 6 post haec
FQm1NR, post hoc *WOQm2pc.*, post hanc *E* 7 R(atio) *om.JWO*,
add.sl.G scindi *Bm1*, sindi (!) *Bm2pc.* 8 possem *E* 8sq. H(omo) nullo
modo possem manifestum *BHKQE*, A(ug.) n.m.p.m. *JWGO* 10 traver-
sim *TFWGEac.*, transversum *R*, traversum *K* 12 quod *E* spheram,
speram *codd.promiscue (sim.saepe)* ne] nonne *RE* 13 pares] partis *K*
posse *om.J* lucet] licet *JRE* 15 tibi aliquid *H* 15sq. esse tibi videntur
G 16 deferunt *J* 17 deferre *J* 18 ad *Qac.m2Rac.* 19 deferunt *J*
deferentium *J* 20 scientiam *B* indeferens *J* 21 enim *om.J* negabit
TNWRO, negat *H*

R. Tu paulo ante. Nam cum te rogassem, quomodo velles deum nosse, ut possis dicere: 'satis est', respondisti te ideo nequire hoc explicare, quia nihil haberes perceptum similiter atque deum cupis percipere; nihil enim te scire deo
5 simile. Quid ergo nunc? linea vel sphaera similes sunt deo?

A. Quis hoc dixerit?

R. Sed ego quaesiveram, non quid tale scires, sed quid scires sie, quomodo deum scire desideras. Sic enim nosti lineam ut nosti sphaeram, cum se non sic habeat linea ut se
10 habet sphaera. Quamobrem responde, utrum tibi satis sit sic deum nosse, ut pilam illam geometricam nosti, hoc est ita de deo nihil, ut de illa, dubitare.

V.11. *A.* Quaeso te, quamvis vehementer urgeas atque convincas, non audeo tamen dicere ita me velle deum scire,
15 ut haec scio. Non solum enim res, sed ipsa etiam scientia mihi videtur esse dissimilis. Primo, quia linea et pila tantum inter se differunt, ut tamen earum cognitionem una disciplina contineat. Nullus autem geometres deum se docere professus est. Deinde, si dei et istarum rerum scientia
20 par esset, tantum gauderem, quod ista novi, quantum me deo cognito gavisurum esse praesumo. Nunc autem permultum haec in illius comparatione contemno, ut nonnum-

1 te rogassem] interrogassem *FRO* quomodo – p. 34,3 nullo inter(posito) *falso loco post p. 53,9* videri quic(quam) *inseruit K* 2 velis *HNWG m* est *om. N* 3 preceptum *Rac. E* 4 deo] deum *N* 5 H(omo) quid ergo *HQac.* vel] et *O* simile *Qac. m2* deo *om. m* 6 A(ug.)] R(atio) *JQac. m2* 7 R(atio) *om. HQac. m2 J* quaesieram *H*, quessi veram *J* non quid] numquid *Gac.* quid *pr.*] qui *B*, quod *Qm2pc.* tales *Q* quid *alt.*] quod *Qm2pc.* 8 sic] si *N* enim] *add.* sic *N* 9 cum] cur *N* habet *Kac. JW* 10 habeat *E* satis tibi *JWG* 13 quesso *J* urgeas *Rpc. E* 14 deum me velle *E* vellere *W* 15 hoc *C* enim *om. E* ipsa sed *KQpc. JW*, ipsas sed *E*, ipsa *om. Qac.* 16 quia] *add.* nec *WG m* 17 eorum *Glm* 18 disciplina] *add.* non *Gsl. m* geometer *Qpc. m2*, geometricus *KJ*, geometrice *W* dicere *Eac.* 20 par esset] pares sit *Cac. m2*, pares set *TR* 21 cognitum *Qac.* presumino *RE*

quam videatur mihi, si illum intellexero et modo illo, quo videri potest, videro, haec omnia de mea notitia esse peritura; siquidem nunc prae illius amore iam vix mihi veniunt in mentem.

R. Esto plus te ac multo plus quam de istis deo cognito 5
gavisurum, rerum tamen, non intellectus dissimilitudine;
nisi forte alio visu terram, alio serenum caelum intueris,
cum tamen multo plus illius quam huius aspectus te per-
mulceat. Oculi autem si non falluntur, credo te interroga-
tum, utrum tam tibi certum sit terram te videre quam 10
caelum, tam tibi certum esse respondere debere, quamvis
non tam terrae quam caeli pulchritudine atque splendore
laeteris.

A. Movet me, fateor, haec similitudo adducorque ut
adsentiar quantum in suo genere a caelo terram, tantum ab 15
intellegibili dei maiestate spectamina illa disciplinarum
vera et certa differre.

VI. 12. *R.* Bene moveris. Promittit enim Ratio, quae
tecum loquitur, ita se demonstraturam deum tuae menti, ut
oculis sol demonstratur. Nam mentes quasi sui sunt sensus 20
animis; disciplinarum autem quaeque certissima talia sunt,
qualia illa quae sole inlustrantur, ut videri possint, veluti
terra est atque terrena omnia. Deus autem est ipse qui
inlustrat. Ego autem Ratio ita sum in mentibus, ut in oculis

1 illo (-um *m2pc.*) modo illo *R* 4 mente *R* 5 quam *Cm2mg.*
cognita *Cac.* 6 rerum] verum *E* 7 viso *Tac.* 8 tamen] tam *B* illius
om.H 9 mulceat *D* interrogaturum *KN* 13 letaris *D*, letari *G* 15
adsentior *Qac.* genera caelo *K* terra *E* 16 intellegibilis *E* magestate
K 17 defferre *J* 18 bene] ve ne *B* 19 demonstratura *R* 20
demonstretur *H* mentis *R Rouen 469 m* quasi sui sunt] quas vi//sunt
E suis sunt *JO*, sunt suis *H* sunt] *add. oculi Rm2sl. Rouen 469 m*
sensus pro oculo *Jmg.* sessus *G* (*add. vel oculi sl.*) 21 animis] vel
animabus *Jsl.*, animi *ENG p*, animae *Rouen 469 em*, hominis *Rm2pc.* 22
qualia] *add. sunt Wsl.* solem *F* 24 ego *om.N* ratio autem *N* sum]
est *N*

est aspectus. Non enim hoc est habere oculos quod aspicere
aut item hoc est aspicere quod videre. Ergo animae tribus
quibusdam rebus opus est: ut oculos habeat, quibus iam
bene uti possit, ut aspiciat, ut videat. Oculi sani mens est ab
5 omni labe corporis pura, id est a cupiditatibus rerum mortali-
um iam remota atque purgata. Quod ei nihil aliud praestat
quam fides primo. Quod enim adhuc ei demonstrari non
potest vitiis inquinatae atque aegrotanti, quia videre ne-
quit nisi sana, si non credat aliter se non esse visuram, non
10 dat operam suae sanitati. Sed quid, si credat quidem ita se
rem habere, ut dicitur, atque ita se, si videre potuerit, esse
visuram, sanari tamen se posse desperet? Nonne se prorsus
abicit atque contemnit nec praeceptis medici obtemperat?

A. Omnino ita est, praesertim quia ea praecepta ne-
15 cessc est ut morbus dura sentiat.

R. Ergo fidei spes adicienda est.

A. Ita credo.

R. Quid, si et credat ita se habere omnia et se speret
posse sanari, ipsam tamen quae promittitur lucem non
20 amet, non desideret suisque tenebris, quac iam consuetu-

7-p. 23,12 cf. ICor. 13,13

2 aut item *om.H* item] iterum *CFNRO* hoc est aspicere *om.H*
animae tribus] anima et rebus *B* 4 oculi sani] oculi anime *B*, oculi sunt
anime *N*, oculus anime *TD pael*, oculus animi *Cm2pc.*, oculus enim *R*,
oculis anima *K*, oculis sane *Qac.* est *om.N* 5 corporis] *add.* ratio vel
intentio *K* 6 quid *JWO* ei] et *Qac.m2* 7 ei adhuc *Cpc.m2H*, ei *om.Cac.*
8 nequit] quit *R*, quid *E* 9 non *pr. om.K* visura *B* 10 sua *B* *H*(omo)
sed quid *K* 10sq. ita se rem ita *G* se rem] sermonem *HmI*, rem se
Hpc.m3W 11 ut - 12 posse *Rm2mg.* si *om.KQN* 12 sanari] sanitati
Cac.m2, R(atio) sana erit *K* tamen] *add.* si *KE*, *om.O* disperet
KJREac. se *alt. om.J* prursus *J* 13 abiecit *I*, subiecit *Qac.m2*
praecepta *E* 16 fidis *K* 18 quod *N* et *pr.*] hec *JG* 19 posset *B* 20
desideret] deseret *Rac.* iam] ita *G* consuetudinem *E*, in consuetudine
WG

dine iucundae sunt, se arbitretur debere interim esse contentam? Nonne medicum illum nihilominus respuit?

A. Prorsus ita est.

R. Ergo tertia caritas necessaria est.

A. Nihil omnino tam necessarium.

5

R. Sine tribus istis igitur anima nulla sanatur, ut possit deum suum videre, id est intellegere.

13. Cum ergo sanos habuerit oculos, quid restat?

A. Ut aspiciat.

R. Aspectus animae ratio est. Sed quia non sequitur ut
10
omnis qui aspicit videat, aspectus rectus atque perfectus, id
est, quem visio sequitur, virtus vocatur; est enim virtus vel
recta vel perfecta ratio. Sed et ipse aspectus quamvis iam
sanos oculos convertere in lucem non potest, nisi tria illa
permaneant: fides, qua credatur ita se rem habere, ad quam
15
convertendus aspectus est, ut visa faciat beatum; spes qua
cum bene aspexerit, se visurum esse praesumat; caritas, qua
videre perfruique desideret. Iam aspectum sequitur ipsa
visio dei, qui est finis aspectus, non quod iam non sit, sed
quod nihil amplius habeat, quo se intendat. Et haec est vere
20
perfecta virtus, ratio perveniens ad finem suum, quam
beata vita consequitur. Ipsa autem visio intellectus est ille,

1 iucundate *E* sese *RE* contemptam *KRO* 4 karitas *E* 5 *A*(ug.)
om.TD tam] tamen *K* 6 *R*(atio) *om.TD* igitur sine tribus istis *K*
sanatur] *add.* ratione *Qm2sl.* 8 *A*(ug.) cum ergo *C*, *H*(omo) eum ergo *KE*
habuerit sanos *BHQJWEG* 9 *A*(ug.)] *R*(atio) *CKE* 10 *R*(atio) *om.CKE*
11 id] is *Qpc.RO* 12 virtus] virtusque *QO*, qui virtus *FR* 13 recta]
rectus aspectus *K* iam *om.KJWG*, *add.Osl.* 14 luce *D* 15 creditur
E, credat *m* quam] *add.* rem *K* 16 aspectus est convertendus *Jac.*
qua] quae *G*, quam *FR* 17 visurum] -ram *EG*, virum *N* karitas *ED*
quae *G* 18 perfrui *HQac.m2J*, *add.* luce *J* desiderat *R* iam] tum *WO*,
vel tunc *Qm2sl.*, tamen *G* 19 quod] quo *BTDCHFRO* quod iam]
quoniam *J* 20 est *om.FNO* vera *HO* 22 autem] vero *J*

qui in anima est, qui conficitur ex intelligente et eo quod intellegitur, ut in oculis videre quod dicitur, ex ipso sensu constat atque sensibili, quorum detracto quolibet videri nihil potest.

- 5 VII.14. Ergo cum animae deum videre, hoc est deum intellegere contigerit, videamus, utrum adhuc ei tria illa sint necessaria. Fides quare sit necessaria, cum iam videat? Spes nihilominus, quia iam tenet. Caritati vero non solum nihil detrahatur, sed addetur etiam plurimum. Nam et illam
10 singularem veramque pulchritudinem cum viderit, plus amabit et, nisi ingenti amore oculum infixit nec ab aspiciendo uspiam declinaverit, manere in illa beatissima visione non poterit. Sed dum in hoc corpore est anima, etiamsi plenissime videat, hoc est intellegat deum, tamen, quia
15 etiam corporis sensus utuntur opere proprio nihil quidem valente ad fallendum, non tamen nihil agente ad ambigendum, potest adhuc dici fides ea, qua his resistitur et illud potius verum esse creditur. Item quia in ista vita, quam-

18sq. cf. Retract. 1,4,3

1 conficitur] confit *TDQm1EG*, cum fit *BCm3HQpc.m2*, confidit *KJWO* ex intelligentia *J* (vel ex intelligente *m2sl.*) quod] qui *TD* 3 constet *E* detracta *D* 5 A(ug.) ergo *CJWGO*, H(omo) *Qm2sl.*, H(omo) potest ergo anima *K* 6 si contigerit *K* R(atio) videamus *K* ei] et *BR*, *om.E* 6sq. sint illa *R* 7 sunt *KJEG* R(atio) fides *CJWGOQm2sl.*, H(omo) fides quare sit necessaria *Rm2mg.E* quare] quo *N* sit] credit *B* 8 nihil omnis *Jac.* quia] qui *F*, cum *O* teneat *HW*, tenetur *G*, *add.* vel tur *Qm2sl.* karitati *ED* 9 detrahatur *KJN* additur *CKFNR* illa *D* 11 nisi] *add.* ingenti *Qm2mg.* Rouen 469 *lm* amor *Hpc.K* ab *om.HQac.m2* 13 H(omo) sed dum *K* dum] cum *II*, diu *Epc.* etiam *F* 14 quia] qui *BRac.EO* 15 quidem – 16 nihil *Tm2mg.* 15 nihil] si nihil *G*(si *sl.*) Rouen 469 *m* 16 valente] -em *BK*, -es *Qpc.*, valent Rouen 469 *m*, valent ea *G* ad fallendum] ac fallentem *B* agente] -es *Qpc.*, ad hagendum *Gm1*, ad non habendum *Gpc.m2* ad ambigendum Rouen 469. vel ambigendum vel abigendum *Gm2mg.*, ad non ambigendum *m*, *om.cet.* 17 potes *B*, et potest *G* ad hoc *N* quae *TRac.E* his] hic *O* 18 in *om.Cac.m2FNO* quamquam] quando *Cac.m2*, qua *F*

quam deo intellecto anima iam beata sit, tamen multas molestias corporis sustinet, sperandum est ei post mortem omnia ista incommoda non futura. Ergo nec spes, dum in hac est vita, deserit animam. Sed cum post hanc vitam tota se in deum conlegerit, caritas restat, qua ibi teneatur. Nam neque dicenda est fidem habere, quod illa sint vera, quando nulla falsorum interpellatione sollicitatur, neque quicquam sperandum ei restat, cum totum secura possideat. Tria igitur ad animam pertinent, ut sana sit, ut aspiciat, ut videat. Alia vero tria, fides, spes, caritas, primo illorum trium et secundo semper sunt necessaria, tertio vero in hac vita omnia, post hanc vitam sola caritas.

VIII.15. Nunc accipe, quantum praesens tempus exposcit, ex illa similitudine sensibilibus etiam de deo aliquid nunc me docente. Intellegibilis nempe deus est, intellegibilia etiam illa disciplinarum spectamina; tamen plurimum differunt. Nam et terra visibilis et lux; sed terra nisi luce inlustrata videri non potest. Ergo et illa, quae in disciplinis traduntur, quae quisquis intellegit verissima esse nulla du-

1 deo *om.Cac.m2* intellectu *Cac.m3D* animo *B* iam] *add.* hoc reprehendit (*cf.* *Retract.* 1,4,3,) *Tac.D* tamen] *add.* quia *BDHKFQJG Rouen 469 m* 2 molestia *K* corporis *om.JWG* est] *add.* enim *N* ei] eius *B*, et *WGO* 3 non *om.O* defutura *Opc.* A(ug.) ergo *CJWGOQm2sl.* 4 est *om.W* animam deserit *edd.* sed] et *Cac.m2FO* cum *om.D* hanc *om.E* totam *QE*, totam tota *G* 5 karitas *DE* qua] quae *HR* teneatur] tenebitur *RO*, teneantur *K*, videatur *B* 6 quod] quo *D* vera sint *N* 7 interpellatione] interpolatione *Hpc.Qpc.m2* 8 ei] et *B* R(atio) tria *QJWO* 10 alia] illa *J* (alia *sl.*) spes et caritas *edd.* karitas *ED* primum *Rpc.* 11 secundo] -um *Rpc.*, secta (?) *D* sunt necessaria semper *N* tertio] -ia *DCac.Hac.m3Jac.*, tria *R* 12 hunc *K* karitas *ED* 13 nunc] *add.* autem *E* ad presens *Qac.m2* 15 docentem *codd.exc.DHWE* nimphe *J*, nemphe *Q* 16 spectamine *Cac.m2* 17 differtur *sed]* *add.* et *H* terra] *add.* est *H* 17sq. inlustrata nisi luce *K* 18 inlustrato *F* 19 trahuntur *Cac.m2* quae *om.R*

bitatione concedit, credendum est [ea] non posse intellegi, nisi ab alio quasi suo sole inlustrentur.

Ergo quomodo in hoc sole tria quaedam licet animadvertere: quod est, quod fulget, quod inluminat, ita in illo
5 secretissimo deo, quem vis intellegere, tria quaedam sunt: quod est, quod intellegitur, et quod cetera facit intellegi.

Haec duo, id est teipsum et deum, ut intellegas, docere te audeo. Sed responde, quomodo haec acceperis, ut probabilia an ut vera?

10 *A.* Plane ut probabilia; et in spem, quod fatendum est, maiorem surrexi; nam praeter illa duo de linea et pila nihil abs te dictum est, quod me scire audeam dicere.

R. Non est mirandum; non enim quicquam est adhuc ita expositum, ut abs te sit flagitanda perceptio.

15 *IX.16.* Sed quid moramur? Adgredienda via est. Videamus tamen, quod praecedit omnia, utrum sani simus.

A. Hoc tu videris, si vel in te vel in me aliquantum aspicere potes; ego quaerenti, si quid sentio, respondebo.

R. Amasne aliquid praeter tui deque scientiam?

20 *A.* Possem respondere nihil me amare amplius, pro eo sensu qui mihi nunc est, sed tutius respondeo nescire me. Nam saepe mihi usu evenit ut, cum alia nulla re me crederem commoveri, veniret tamen aliquid in mentem, quod me

1 (dubita)tione – p. 26,11 cupis *om.E*

1 est] esse *K* ea *del.Fuchs* 2 in suo sole *H* 4 fulgit *G* 5 quam *Cac.m2Rac.* 7 id est *om.Cac.m2FO* docere] ducere *Cac.FRO* 8 haec *om.H* accipis *J* 10 *A(ug.)*] *R(atio) K* in *om.Q* spe *Qpc.* 11 maiore *Q* surrexit *KR* pela *Hac.*, pyla *J* 12 me scire] nescire *B* 13 *R(atio)] H(omo) K* 15 adgrediendi *Cac.FNO* est via *edd.exc.p* 16 sanissimus *K* sumus *ND* 17 *A(ug.)*] *R(atio) K* aliquantulum *KJWGQpc.m2* 18 *R(atio) ego WG* ergo *J (add. vel ego m2sl.)* respondebo] *add. te R* 19 *R(atio)] H(omo) K, om.WGac. m.al.* 20 amplius amare *J* 21 tutus *H.* totius *Tac.Rac.*, potius *K* 22 usu] usque *B* evenit] venit *Bac.Tac. elm* credere *BD*

multo aliter atque praesumpseram pungeret. Item saepe, quamvis in cogitationem res aliqua incidens non me pervellerit, re vera tamen eveniens perturbavit plus quam putabam. Sed modo videor mihi tribus tantum rebus posse commoveri: metu amissionis eorum hominum quos diligo, 5 metu doloris, metu mortis.

R. Amas ergo et vitam tecum carissimorum tuorum et bonam valetudinem tuam et vitam ipsam tuam in hoc corpore; neque enim aliter amissionem horum metueres.

A. Fateor, ita est. 10

R. Modo ergo, quod non omnes tecum sunt amici tui et quod tua valetudo minus integra est, facit animo nonnullam aegritudinem; nam et id esse consequens video.

A. Recte vides; negare non possum.

R. Quid? si te repente salvo esse corpore sentias et 15 probes tecumque omnes quos diligis concorditer liberali otio frui videas, nonne aliquantum tibi etiam laetitia gestendum est?

A. Vere aliquantum; immo, si haec praesertim, ut dicis, repente provenerint, quando me capiam, quando id genus 20 gaudii vel dissimulare permittar?

deest E

1 multo *om.R* atque] ad quae *W*, adque *K*, qui *J* praesumpseram *TQW* punxerit *R* 1sq. quamvis sepe *Cac.* 2 cogitatione *H* incedens *HQac.* non me pervellerit] in me non pervenerit *R* pervellerit] prae-*J*, percellerit *W* 3 veniens *HFQO aelm*, et veniens *Gac.*, inveniens *p* perturbabit *Hac.*, perturbaverit *Wpc.*, plus turbavit *O* putabamus *KJ* 4 ex rebus *R* 5 hominum *om.m* 8 tuam ipsam *W edd.* 9 horum] eorum *H*, hominum *Cac.m2* metueris *H* 12 quod] quia *W* nullam *D* 13 H(omo) nam *F* 14 A(ug.)] Ratio *Dac.F* videns *B*, video *Qac.* H(omo) negare *F* 15 te *om.Cac.m2FO* derepente *R* salvo *pae*, salvum *K*, salva *Gm1*, sanum *Gm2 Rouen 469*, sano *Qm2pc. lm* 16 quos *om.N*, quod *Qac.* liberari *Hac.m3* 17 gestiendum] vel gaudendum *Jm2sl.* 18 est] vel sit *Gsl.* 19 vero *BHQac.JNNGO*, verum *Qpc.* aliquantum; immo vero *J* 21 gaudia *C*, gaudeam *N*

R. Omnibus igitur adhuc morbis animi et perturbatio-
nibus agitaris. Quaenam ergo talium oculorum impudentia
est, velle illum solem videre?

A. Ita conclusisti, quasi prorsus non sentiam, quantum
5 sanitas mea promoverit aut quid pestium recesserit quan-
tumque restiterit. Fac me istud concedere.

X.17. R. Nonne vides hos corporis oculos etiam sanos
luce solis istius saepe reperi et averti atque ad illa sua
obscura confugere? Tu autem quid promoveris cogitas, quid
10 velis videre non cogitas; et tamen tecum hoc ipsum discu-
tiam, quod profecisse nos putas. Divitias nullas cupis?

A. Hoc quidem non nunc primum. Nam cum triginta
tres annos agam, quattuordecim fere anni sunt, ex quo ista
cupere destiti. Nec aliud quicquam in his, si quo casu offer-
15 rentur, praeter necessarium victum liberalemque usum co-
gitavi. Prorsus unus mihi Ciceronis liber facillime persuasit
nullo modo adpetendas esse divitias, sed si provenerint,
sapientissime atque cautissime administrandas.

R. Quid honores?

20 *A.* Fateor, eos modo ac paene his diebus cupere destiti.

R. Quid uxor? Nonne te interdum delectat pulchra,
pudica, morigera, litterata, vel quae abs te facile possit

16 *Hortensium dicit*

1-11 *om. E*

1 morbis] moribus *R* 2 talium] malum *G* 4 A(ug.) *om. O* 5
pestitium *W* 6 fac me *BHF elm*, A(ug.) fac me *O*, R(atio) fac me *cel.*
pa istuc *B* 7 R(atio) *om. codd. exc. BGQm2 edd. exc. m* hos] hoc *B* 8
ipsius *W* percuti *HQac.m2* 9 obscure *N* 9sq. quid *alt.* — cogitas
Bm2mq. 10 H(omo) et tamen *H* 11 quid *BD edd.* nos] non *HKO*,
vel non *Qm2sl.* R(atio) divitias *HQ* nullis *K* 12 non *om. K* 12sq.
XXX·B, *XXX* tres *D*, *XXX* et tres *E*, *XXXIII CFRO*, triginta
quattuor *N* 14 quicquam] quamquam *R* offeruntur *H*, offertur
Cac.m2FNO 16 mihi unus *J edd.* ceceronis *R* liber *Qm2sl.*
perfacillime *Q* 17 esse adpetendas *E* provenirent *BCHQJ* 20 eos
om. H penes *E* 21 delectat interdum *edd.* pulchram *B* 22 pudicam
E morigera] -ram *E*, modice *K* abs te *om. K*

erudiri, adferens etiam dotis tantum, quoniam contemnis divitias, quantum eam prorsus nihilo faciat onerosam otio tuo, praesertim si speres certusque sis nihil ex ea te molestiae esse passurum?

A. Quantumlibet velis eam pingere atque cumulare bonis omnibus, nihil mihi tam fugiendum quam concubitus esse decrevi. Nihil esse sentio, quod magis ex arce deiciat animum virilem, quam blandimenta feminea corporumque ille contactus, sine quo uxor haberi non potest. Itaque, si ad officium pertinet sapientis – quod nondum comperi – dare operam liberis, quisquis rei huius tantum gratia concumbit, mirandus mihi videri potest, at vero imitandus nullo modo. Nam temptare hoc periculosius est quam posse felicius. Quamobrem satis, credo, iuste atque utiliter pro libertate animae meae mihi imperavi non cupere, non quaerere, non ducere uxorem.

R. Non ego nunc quaero quid decreveris, sed utrum adhuc lucteris an vero iam ipsam libidinem viceris. Agitur enim de sanitate oculorum tuorum.

A. Prorsus nihil huiusmodi quaero, nihil desidero; etiam cum horrore atque aspernatione talia recordor. Quid vis amplius? Et hoc mihi bonum in dies crescit. Nam quanto

1 quoniam *om.J* contemnimus *H* 2 quantum quantis *J* ea *D* nihil *BWE* faciat] officiat *E* 3 speres] spes *F* molestia *N* 5 quantumlibet velis *BQm1G m*, quantum licet (licuit *Hac.m2*) velis *TDCHKJWNE pa*, quantum velis licet *FORQm2mq. el*, eam velis *KJWG*, add. si *supra* velis *J* pingere] depingere *N*, ungere *R* 6 H(omo) nihil *H* 7 quod] quo *Bac.*, qui *D* arce] add. contemplationis *D* 8 quam] quem *W* feminae *JG* corporum *B* 11 rei] ei *E* huius tantum rei *Fuchs* 12 gratiae *W* at] aut *Cac.J* 13 nam] non *K* 14 felicius] facilius *Jm2E* 16 non quaerere *om.Cac.m3F* 17 ego quero nunc *K*, quero ego nunc *O* 18 lucteris] litteris *K* ipsa *D* agitur] laetor *Ri.r.* 20 quaero nihil *om.K* 21 cum *om.H* horrore] errore *Fac.R* 21sq. quodvis *Rac.* 22 in diem *Qac.m2* quantum *FQpc.R*

augetur spes videndae illius cui vehementer aestuo pulchritudinis, tanto ad illam totus amor voluntasque convertitur.

R. Quid ciborum iucunditas? quantae tibi curae est?

A. Ea, quae statui non edere, nihil me conmovent. His
 5 autem, quae non amputavi, delectari me praesentibus fa-
 teor, ita tamen ut sine ulla permotione animi vel visa vel
 gustata subtrahantur. Cum autem non adsunt prorsus, non
 audet hacc adpetitio se inserere ad impedimentum cogita-
 tionibus meis. Sed omnino sive de cibo et potu sive de
 10 balneis ceteraque corporis voluptate nihil interroges: tan-
 tum ab ea peto, quantum in valetudinis opem conferri
 potest.

XI.18. *R.* Multum profecisti. Ea tamen quae restant ad
 videndam illam lucem plurimum impediunt. Sed molior
 15 aliquid, quo mihi videtur facile ostendi aut nihil edoman-
 dum nobis remanere aut nihil nos omnino profecisse omni-
 umque illorum, quae reseeta credimus, tabem manere. Nam
 quaero abs te, si tibi persuadeatur aliter cum multis carissi-
 mis tuis te in studio sapientiae non posse vivere, nisi ampla
 20 res aliqua familiaris necessitates vestras sustinere possit,
 nonne desiderabis divitias et optabis?

A. Adsentior.

1 cuius *Qpc.RO*, qua *m* 2 tantus *B*, tantum *HKQJG* voluptasque
codd.exc.Cpc.m2WOQm2 (vel n *Qsl.*) 3 quanta et ibi *K* cura *KFRac.*
 4 me *D m.al.sl.* iis *lm* 5 praesentibus] querentibus *B*, sentibus *N* 6
 permotione *J* vel *alt.*] et *CFNR*, *add.* vel *Cm2sl.* 9 sive *pr. om.* *W*
 cybo *J* 10 voluptate] voluntate *JWRGO* 11 ab ea peto] habea peto
KD, ab eo pete *E*, habere appeto *m* quantum] quam *Rac.m2* in *om.J*
 valitudine *J* conferre *KFJQpc.m2* 12 potest *om.K* 14 molior] melior
E 15 quo] quod *Cac.F m* videtur] *add.* liquido *R* facile *om.E* 16
 omnium *Cac.m2* 17 reseeta] resecata *N*, rei seetae *WG*, vel recta *Qm2sl.*
 credidimus *THpc.KNG* tabem] te ben *B* 18 persuadetur *HK*,
 persuadatur *WE*, persuaderem *O* 18 kariss- *ED* 19 in *om.J*
 sapientiae] *add.* tuac *N* 20 familiares *BJ* vestros *B* 21 nonne] non
N

R. Quid? si etiam illud adpareat, et multis te persuasurum esse sapientiam, si tibi de honore auctoritas creverit, eosque ipsos familiares tuos non posse cupiditatibus suis modum imponere seque totos convertere ad quaerendum deum, nisi et ipsi fuerint honorati, idque nisi per tuos honores dignitatemque fieri non posse, nonne ista etiam desideranda erunt et ut proveniant magnopere instandum.

A. Ita est ut dicis.

R. Iam de uxore nihil disputo; fortasse enim non potest, ut ducatur, exsistere talis necessitas. Quamquam, si eius
10
amplo patrimonio certum sit sustentari posse omnes, quos tecum in uno loco vivere otiose cupis, ipsa etiam concorditer id sinente, praesertim si generis nobilitate tanta polleat, ut honores illos, quos esse posse necessarios iam dedisti, per
15
eam facile adipisci possis, nescio, utrum pertineat ad officium tuum ista contemnere.

A. Quando ego istud sperare audeam?

19. *R.* Ita istud dicis, quasi ego nunc requiram quid speres. Non quaero quid negatum non delectet, sed quid
20
delectet oblatum. Aliud est enim exhausta pestis, aliud consopita. Ad hoc enim valet, quod a quibusdam doctis viris dictum est, ita omnes stultos insanos esse, ut male

21–p. 30,1 cf. Cic. Tusc. 4,54 (Hagendahl, Test. 321)

1 R(atio) *Qm2sl.* appareat *Rm2sl.* 2 si tibi] sive *B* 3 eosque] atque *K* 4 sequi *B* totas *D* 5 honorati] onerati *D* 6 dignitatem quae *B* 7 erant *Hac.WOQpc.m2* proveniat *TDac.* 9 enim *om.E* 10 ducatur] dicatur *WOQpc.m2* 11 sustentare *KO* 12 secum *B* uno in *DFQWRG* 13 id sinente] id sentiente *B*, insistente *KE*, adsinente *Kac.* praepolleat *Q* 14 honores] vel ribus *Qm2sl.* illi *TF*, illius *R* posse *om.edd.exc.p* dedistis *B* 17 interlocutoris siglum *om.H* ego] ergo *BCNRG* istuc *codd.exc.DHRE* audeam] videam *E* 18 R(atio) *om.H* ita] ista *NWRac.Gac.* istud *DTHJRE*, istuc *cet.* 19 quid *pr.*] quod *B* quid *alt. om.O* 20 enim est *J*, enim *Rm2sl.* exhausta *Hac.Jpc.WRE*, exausta *Jac.*, exaucta *O* 21 consopita] composita *Cac.m2F*, consumpta *E* doctis *om.O*

olere omne caenum. Non semper. Conmove, senties. Multum interest, utrum animi desperatione obruatur cupiditas an sanitate pellatur.

A. Quamquam tibi respondere non possim, numquam
5 tamen mihi persuadebis, ut hac adfectione mentis, qua nunc me esse sentio, nihil me profecisse arbitrer.

R. Credo propterea tibi hoc videri, quia, quamvis ista optare posses, non tamen propter seipsa, sed propter aliud expetenda viderentur.

10 *A.* Hoc est quod dicere eupiebam. Nam quando desideravi divitias, ideo desideravi, ut dives essem, honoresque ipsos, quorum cupiditatem modo me perdomuisse respondi, eorum nescio quo nitore delectatus volebam; nihilque aliud
15 in uxore semper adtendi, cum adtendi, nisi quam mihi efficeret cum bona fama voluptatem. Tunc erat istorum in me vera cupiditas; nunc ea omnia prorsus aspernor. Sed si ad illa quae cupio non nisi per haec mihi transitus datur, non amplectenda haec adpeto, sed subeo toleranda.

1 non semper] dum non semper *JWGmIO*, quod non semper *Qpc.m2Gpc.m2 Rouen 469 lm*, nam semper *p*, *A(ug.)* non semper *QmI*, *H(omo)* non semper *II* conmove] commovetur *B*, -ves *DJWO*, sed dum (sed dum *Qm2mg.Gm2mg.*) commoves *QG Rouen 469 lm*, commovero *R* (tum *m2sl.*), eommoveri *ae*, commode *N*, *R(atio)* commove *IIQac.* sentias *BQm2pc. Rouen 469 elm*, sentis *E*, centies *D*, sentiens *K*, senciens *R*, sentientes *p* **2** interesse *K* **4** quamquam] quamvis *Q* possem *B*, possum *plm* **5** fectione *D* quam *E* **7** *R(atio)*] *H(omo)* *Qac.m2* videri hoc *K* **8** optare] operare *Qac.m2* posses *BTDKJ*, possis *cet.* **9** expeetanda *D* **10** desideravi] -abam *R* **12** me *om.E* perspondi *B* **13** horum *E* **14** uxorem *Q* adtendi] erat tendi *GmI* (appetendum *Gm2sl.*) cum] quando *R*, quo *CF. add.* vel cum *Gm3sl.* qua *Jpc.OE* **15** efficeret] *add.* et *N* voluptatem] voluntatem *JRE* istorum erat *Cpc.m2sl.WGO*, erat *om.Cac.* **15sq.** in me] immo *O* **16** vera] bona *E* sed] et *CNQm2sl.* **17** illam *WRO* per *om.Cac.m3Fac.m.al.* **18** haec *om.WGm* hec appeto sed subeo tolleranda *Rm2mg.*

R. Optime omnino; nam nec ego ullarum rerum vocandam puto cupiditatem, quae propter aliud requiruntur.

XII. 20. Sed quaero abs te, cur eos homines, quos diligis, vel vivere vel tecum vivere cupias?

A. Ut animas nostras et deum simul concorditer inquiramus. Ita enim facile, cui priori contingit inventio, ceteros eo sine labore perducit. 5

R. Quid, si nolunt haec illi quaerere?

A. Persuadebo ut velint.

R. Quid, si non possis, vel quod se invenisse iam vel quod ista non posse inveniri arbitrantur vel quod aliarum rerum curis et desiderio praepediuntur? 10

A. Habebo eos, et ipsi me, sicut possumus.

R. Quid? si te ab inquirendo etiam impediat eorum praesentia, nonne laborabis atque optabis, si aliter esse non possunt, non tecum esse potius quam sic esse? 15

A. Fateor, ita est ut dicis.

R. Non igitur eorum vel vitam vel praesentiam propter seipsam, sed propter inveniendam sapientiam cupis?

A. Prorsus adsentior. 20

R. Quid? ipsam vitam tuam si tibi certum esset impedimento esse ad comprehendendam sapientiam, velles eam manere?

1 nam *om.codd.exc.CFNJR* illarum *B* vocanda *J* 3 ab *K* 4 diligit *D* vivere *pr.*] videre *B* vel tecum vivere *om.B* 5 *A*(*ug.*)] intellege et cave *add.R* simul] similiter *Gac.* inquiramus] requiramus *KJW* requiramus concorditer *G* 6 cui] vel ius *Hsl.* contigit *TDRac.* 8 nolint *HRE* 10 vel – iam *om.E* quo *K* iam] tam *B* 11 quod *pr.*] quia *W* ista] ita *Cac.F* inveniri non posse *KWG*, invenire non posse *J*, non posse invenire *RE* arbitrentur *Gpc.* aliorum *K* 12 prepediantur *R* 13 habeo *WG*, docebo *Fuchs* ipse *Qac.m2WO* possum *O* 14 etiam] *add.* tum *J* eorum impediat *E* 15 si *om.G* taliter *Jac.* 17 est *om.TD* esse ita *WO*, ita esse *KJGR* 21 esset] esse sit *W* impedimentum *Cac.m2O* 22 esse *Hsl.*, *om.Qac.m2* comprehendam *KF*, praehendendam *Cac.m3* velles eam] vellere an *F* 23 manere] movere *Rm1*, remove *Rm2*

A. Omnino eam fugerem.

R. Quid? si doceris tam te relicto isto corpore quam in ipso constitutum posse ad sapientiam pervenire, curares, utrum hic an in alia vita eo quod diligis fruereris?

5 *A.* Si nihil me peius excepturum intellegerem, quod retroageret ab eo, quo progressus sum, non curarem.

R. Nunc ergo propterea mori times, ne aliquo peiore malo involvaris, quo tibi auferatur divina cognitio.

A. Non solum ne auferatur timeo, si quid forte percepi,
10 sed etiam ne intercludatur mihi aditus eorum quibus percipiendis inhio, quamvis quod iam teneo, mecum mansurum sit.

R. Non igitur et vitam istam propter seipsam, sed propter sapientiam vis manere.

15 *A.* Sic est.

21. *R.* Dolor corporis restat, qui te fortasse vi sua commovet.

A. Et ipsum non ob aliud vehementer formido nisi quia me impedit a quaerendo. Quamquam enim acerrimo his
20 diebus dentium dolore torquerer, non quidem sinebar animo volvere nisi ea, quae iam forte didiceram: a discendo autem penitus impediabar, ad quod mihi tota intentione animi opus erat. Tamen mihi videbatur, si se ille mentibus

2 doceretis *K*, doceres *Hac.m3*, doceris *GQac.m2*, doceret *RE*
docere (- rem *Bpc.*) istam *BD* 3 ipso] istum *B* 4 an in alia] animalia
D, an malitia *Gac.* alia] illa *KRE* vita *om.TD* 5 *A*(*ug.*)] *R*(atio)
Hac.m3 exceptum *J* 6 retroageret *Rpc.*, retroagere *F* et ab eo *B*
quod *BJORE* 7 *R*(atio)] *H*(omo) *Hac.m.al.* ergo *om.H* 8 quod
Qac.WGO auferat *WGO*, offeratur *R* divinam cognitionem *Gpc.* 9
si] sed *F* percipis *E* 10 intercludatur *K* 12 sit] *om.WGmIO*, vel
putem *Qm2sl.*, putem *Gm2sl.* *Rouen 469 lm* 16 forte *O* vi] ut *B* 16sq.
visu] commovet *KT*, visu commovet *Qac.m2* 18 ipsum] rursum *N*
quia] quod *W* 19 impendit *D* impedita querendo *C* enim] *add.* eum
Fuchs 19sq. dolore dentium his diebus *WGO* 21 diceram *K* 23 se]
si *B*

meis veritatis fulgor aperiret, aut non me sensurum fuisse
illum dolorem aut certe pro nihilo toleraturum. Sed quia,
etsi nihil maius aliquando pertuli, tamen saepe cogito,
quanto graviores possint accidere, cogor interdum Cornelio
Celso adsentiri, qui ait summum bonum esse sapientiam, 5
summum autem malum dolorem corporis. Nec eius ratio
mihi videtur absurda. 'Nam quoniam duabus', inquit,
'partibus compositi sumus, ex animo scilicet et
corpore, quarum prior melior, deterius corpus
est, summum bonum est melioris partis opti-
10 mum, summum malum autem pessimum deterio-
ris. Est autem optimum in animo sapientia, est
in corpore pessimum dolor'. Summum igitur bonum
hominis sapere, summum malum dolere sine ulla, ut opinor,
falsitate concluditur. 15

R. Posterius ista videbimus. Aliud enim fortasse nobis
ipsa, ad quam pervenire nitimur, sapientia persuadebit. Si
autem hoc esse verum ostenderit, hanc de summo bono et
summo malo sententiam sine dubitatione tenebimus.

4-13 *Augustinum sententiam de summo bono et de summo malo ex opere philosophico hausisse, quod Cornelium Celsum Sextios secutum composuisse Quintilianus (inst. 10,1,124) asserit, K. Barwick suspicatur (Würzburger Jahrbücher für die Altertumswissenschaft 3, 1943, 119sq.). Inter Celsi testimonia a F. Marxio in editione librorum de medicina (Lipsiae 1915) collecta non habetur. Hagendahl, Test. 43.*

1 me non CFNRO edd.exc.p 3 aliquando maius C cogitato Hac.Q, cogitans edd. 4 quando B accedere Cac.HQac.Rac. 7 videatur HQac. ex duabus corr.Fuchs inquit Qac.RGE 9 corpore] add. de anima et corpore K prior] add. pars est animus edd. melior Tm2sl. deterior CFNOQm2pc.RE 10 optimum J 11 autem malum edd. malum - 13 summum om.K 12 est pr.] est. Summum WO post est alt. dist.QO 13 dolore Bac.CKQac.m2GRac.m2 14 ut] aut R 17 persuadebis Bac.m2 18 esse Cm2sl. ostenderis B hanc] hec Bac.m2 et] add. de K

XIII.22. Nunc illud quaerimus, qualis sis amator sapientiae, quam castissimo conspectu atque complexu nullo interposito velamento quasi nudam videre ac tenere desideras, qualem se illa non sinit nisi paucissimis et electissimis
 5 amatoribus suis. An vero si alicuius pulchrae feminae amore flagrares, iure se tibi non daret, si aliud abs te quicquam praeter se amari comperisset, sapientiae se tibi castissima pulchritudo, nisi solam arseris, demonstrabit?

A. Quid ergo adhuc suspensor infelix et cruciatu miserabili differor? Iam certe ostendi nihil aliud me amare, siquidem quod non propter se amatur, non amatur. Ego autem solam propter se amo sapientiam, cetera vero vel adesse mihi volo vel deesse timeo propter ipsam: vitam, quietem, amicos. Quem modum autem potest habere illius
 15 pulchritudinis amor, in qua non solum non invideo ceteris, sed etiam plurimos quaero, qui mecum adpetant, mecum inhient, mecum teneant mecumque perfruantur, tanto mihi amiciores futuri, quanto erit nobis amata communior.

1 sit *Qac.Wac.* 2 castissimo] sagacissimo *K* atque] *add.* castissimo *K* amplexu *edd.* 3 interposito] *add.* quo *Qm1* (aliquo *pc.m2*) quasi nudam] qua animam *Hac.m2*, si nudam *Qac.m2* 4 H(omo) qualem *FR* qualemque *H* illam *R* electis *CFN* 5 R(atio) an vero *FR* vero si] veros *K* si *om.G* pulcher *K* 6 flagraret *G* tibi non *FNR* *edd.exc.p.* non tibi *cet.* dare *O* aliud] aliquid *KG* 7 amare *R* sapientiae se tibi] sapientia esset ibi *Rac.*, sapientia ne tibi *TD*, sapientiae ne (*sl.*) se tibi *C* castissime *K* 8 ni *JWGO*, non nisi *H* asseris *BCac.m3*, amaveris *H*, amaberis *E* 9 et] hinc *R* miserabilis *KR* 10 ostendi *Hpc.Qpc.WO*, vel ostendi tibi *Csl.*, ostendisti *Hac.Qac.cet.* 11 quod *om.E*, quae *W* propter *FJO*, per *cet.* 13sq. vitam quietem amicos *del.Fuchs* 14 quietem] *add.* et *O*, quietam *N* quem modum] quem ammodum *Hac.*, quem admodum *T*, quae admodum *J* haberi *Hpc.Qpc.* 16 adpetant *om.F* mecum *alt.*] mecumque *FR* 17 perfruantur] perferant. Tum *R* 18 amiciores *TCac.Hac.FQWGO* quanta *C* communior] ammantior *R*, communio *DHac.E*

23. *R.* Prorsus tales esse amatores sapientiae decet. Tales quaerit illa cuius vere casta est et sine ulla contaminatione coniunctio. Sed non ad eam una via pervenitur. Quippe pro sua quisque sanitate ac firmitate comprehendit illud singulare ac verissimum bonum. Lux est quaedam ineffabilis et incomprehensibilis mentium. Lux ista vulgaris nos doceat, quantum potest, quomodo se illud habeat. Nam sunt nonnulli oculi tam sani et vegeti, qui se, mox ut aperti fuerint, in ipsum solem sine ulla trepidatione convertant. His quodammodo ipsa sanitas dux est nec doctore indigent, sed sola fortasse admonitione. His credere, sperare, amare satis est. Alii vero ipso, quem videre vehementer desiderant, fulgore feriuntur et eo non viso saepe in tenebras cum delectatione redeunt. Quibus periculosum est, quamvis iam talibus ut sani recte dici possint, velle ostendere, quod adhuc videre non valent. Ergo isti exercendi sunt prius et eorum amor utiliter differendus atque nutriendus est.

2sq. cf. *Retract.* 1,4,3 11 cf. *ICor.* 13,13

1 *R*(atio) *om.* *Qac.m2W* 2 vera *R* et *om.* *K* 3 ad eam] eadem *Rm1* (adeandem *pc.m2*) una] *add.* ac *R* pervenire *B* 4 pro] per *K* quisque] *add.* *Qm2sl.*, quippe *B* post comprehendit *interp.* *D* 6 incomprehensibilis] incomparabilis *BCFQac.m2RE* *pae*, comparabilis *N*, incorporalis *H* lux ista] *add.* retractavit se (cf. *Retract.* 1,4,3) quia una et vera via Christus est, per quem tamen solum ad sapientiam pervenitur, sed viarum nomine deversitatem bonorum operum intellegi voluit *Qm1* 7 nos] non *B* illum *Cac.m2* habeat] habitet *Qac.m2* 8 nonnullis *Bac.* et vegeti] eventi *K* vegeti] vigidi *BCm1FRm1*, vigeti *TD*, vidi *Qm1*, vividi *Rpc.m2*, rigidi *Cm2JWGOQm2pc.*, liquidi *H*, vel vigeti *Cm3mg.* 10 sanitas dux] sanitas lux *BHQac.m2RE*, lux sanitas *m* dux *om.* *KG* nec – 12 est *Gm2mg.* doctorem *Cac.FJRE*, ductore *Qpc. pael* 11 admonitione] commonitione *B*, ambitione *K*, admonitionem *E* crederes parare *Bac.m3* 12sq. desiderant vehementer *O* 13 fulgore] splendore *O* tenebris *HQac.m2* 14 dilectione *E* 15 possunt *Jac.* 17 eorum] eorum *K* nutriendum *D*

Primo enim quaedam illis demonstranda sunt, quae non per se lucent, sed per lucem videri possunt, ut vestis aut paries aut aliquid horum. Deinde quod non per se quidem, sed tamen per illam lucem pulchrius effulget, ut argentum,
 5 aurum et similia, nec tamen ita radiatum, ut oculos laedat. Tunc fortasse terrenus iste ignis modeste demonstrandus est, deinde sidera, deinde luna, deinde aurorae fulgor et albescentis caeli nitor. In quibus seu citius seu tardius, sive per totum ordinem sive quibusdam contemptis, pro sua
 10 quisque valetudine adsuescens sine trepitatione et cum magna voluptate solem videbit. Tale aliquid sapientiae studiosissimis nec acute, iam tamen videntibus, magistri optimi faciunt. Nam ordine quodam ad eam pervenire bonae disciplinae officium est, sine ordine autem vix credibilis
 15 felicitatis.

Sed hodie satis, ut puto, scripsimus; parcendum est valetudini.

XIV.24. Et alio die:

A. Da, quaeso, inquam, iam si potes, illum ordinem.
 20 Duc, age, qua vis, per quae vis, quomodo vis. Impera quae-

1 enim *om.K* 2 sed per lucem *om.K* possint *DRE lm* ut] *add.* est *WO*, *om.JG* 3 quod] quae *W* 4 lucem *om.KWGO* effulgit *C*, effulgeat *edd.* argentum] *add.* et *HQ* 4sq. aurum, argentum *edd.exc.p* 5 et *om.G* similia] his similia *WO*, *add.* sunt *J* ita] enitet *K* radiatum] radiat *E*, *add.* aurum *B* oculis *B* 6 monstrandus *K* 7 aurora *F*, aurora et *D* 8 sive] seu *JWGE* 9 contemptis] contentis *DE*, compendiis *K* 10 valitudoines *Q* suescens *Qac.m2* 11 voluptate] voluntate *DCJRE* aliquid] inquit *FR* 12 nec acute] necat ut *G* 13 eam] ea *GD* 14 incredibilis *K* 15 felicitas *HOQpc.m2* 16 sed] et *CF*, H(omo) Sed *B* ut puto satis *WGOE* scripsimus] iurgati simus (sumus *pc.*) *H* 17 valitudinem *Hac.*, valitudine *F* 18 et alio die *post* 19 si potes *tr.G* A(ug.) et in alio die *aelm*, R(atio) et alio die *p* 19 interlocutoris siglum *om.BC* quaeso] *add.* et *WO* inquam] in quantum *JGOQpc.m2*, *add.* ut *W* potest *Hac.K* ullum *R* 20 qua] quam *Fac.J* quae vis] quamvis *J*

vis dura, quaelibet ardua, quae tamen in mea potestate sint, per quae me, quo desidero, perventurum esse non dubitem.

R. Unum est quod tibi possum praecipere, nihil plus novi: penitus esse ista sensibilia fugienda cavendumque magnopere, dum hoc corpus agimus, ne quo eorum visco pennae nostrae impediuntur, quibus integris perfectisque opus est, ut ad illam lucem ab his tenebris evolemus, quae se ne ostendere quidem dignatur in hac cavea inclusis, nisi tales fuerint, ut ista vel effracta vel dissoluta possint in auras suas evadere. Itaque, quando fueris talis, ut nihil te prorsus terrenorum delectet, mihi crede, eodem momento, eodem puncto temporis videbis quod cupis.

A. Quando istud erit, oro te? non enim puto posse mihi haec in summum venire contemptum, nisi videro illud, in cuius comparatione ista sordescant.

25. *R.* Hoc modo posset et iste corporis oculus dicere: ‘tum tenebras non amabo, cum solem videro.’ Videtur enim quasi et hoc ad ordinem pertinere, quod longe est secus. Amat enim tenebras eo quod sanus non est; solem autem nisi sanus videre non potest. Et in eo saepe fallitur animus,

5 cf. *Retract.* 1,4,3

1 in *om.F* 2 quae] quem *Qac.E* quo] quod *R*, que *E* 4 R(atio)]
add. mirifice considera et emenda *R* unus *D* est] *add.* enim *B* quod]
quo *D*, *om.J* plus] amplius *HQ*, *add.* vel plus *Qm2sl.* 5 novi] nobis *N*
esse] *add.* quam *N* sensibilia] visibilia *RE* 6 magno opere *B* vis.ca
B, vesco *J* 7 pinnae *Qac.m2Eac.* integri *B* perfectique *Bpc.* 8
volemus *Cac.* 9 ne *om.B* cavea *Bac.E* 10 dissoluta *J* 12 prorsum
D eodem momento *om.B* eodem] eodemque *Qpc.m2* 14 istud
TDHKJR, istud *E*, istud *cet.* orate *K* 15 in summum haec *G*
contentum *Qac.m2E* viderem *B*, viderim *GO*, videre *W*, videor *D* 16
ista] *om.K*, istud *B* sordescat *B* 17 possit *N* et *om.KJ* et – 19 quasi
Dm3sl. et *mg.* ista *R* oculos *Qac.K* oculus corporis *edd.* 18 tunc
KNRE 19 et quasi hoc *W*, et hoc quasi *O* est] esse *K*, post est *interp.H*
cecus *H*, caecus *D* 20 in tenebras *K*

ut sanum se putet et sese iacet; et quia nondum videt,
 veluti iure conqueritur. Novit autem illa pulchritudo, quan-
 do se ostendat. Ipsa enim etiam medici fungitur munere
 meliusque intellegit, qui sint sani, quam iidem ipsi qui
 5 sanantur. Nos autem, quantum emersemus, videmur no-
 bis videre; quantum autem mersi eramus et quo progressi
 fueramus, nec cogitare nec sentire permittimur et in compa-
 ratione gravioris morbi sanos esse nos credimus. Nonne
 vides, quam veluti securi hesterno die pronuntiaveramus
 10 nulla nos iam peste detineri nihilque amare nisi sapientiam,
 cetera vero non nisi propter istam quaerere aut velle? Quam
 tibi sordidus, quam foedus, quam execrabilis, quam horri-
 bilis complexus femineus videbatur, quando inter nos de
 uxoris cupiditate quaesitum est. Certe ista nocte, vigilantes
 15 eum rursus eadem nobiscum ageremus, sensisti, quam te
 aliter quam praesumpseras, imaginatae illae blanditiae et
 amara suavitas titillaverit, longe quidem, longe minus
 quam solet, sed item longe aliter quam putaveras, ut tibi

1 se *KJGE* iacet *CHJWG*, iactat *Cac.cet.* quia] que *OQpc.m2*,
 quod *G* nondum] non *B* 2 velut *CKFJR* iure *om.K* conquaeritur
DQ, conquiritur *KFWOR*, queritur *E* 3 ostendit *I* enim *om.O* etiam
om.DKm funguitur *J*, funguntur *Cac.* 4 idem *codd.* 5 emersi erimus
F videbimur *Cpc.m2KJac.WGOQpc.m2Eac.* 5sq. nobis videre] Videre
 e nobis *E* 6 merseramus *T*, emersemus *Qm2mg.* quo] quod
Hac.Qac.m2 7 et] *add.* non *Wsl.* 8 nos] non *Qac.m2, om.H* 9 quam
CFR, quod *WOQm2*, quae *Qm1 cet.* hesterno] -na *K*, externa *WG*,
 histerna *J* pronuntiaveram *E*, praenuntiaveramus *WG* 10 iam nos *edd.*
 11 propter] vel praeter *Qm2sl.*, preter *O* ipsam *Q* 11sq. quam tibi] quati
Qac.m2 12 sordibus *K* execrabilis *C*, exsacr- *R*, execr- *cet.* 13
 videbitur *K* 13sq. de uxoris cupiditate inter nos *O* 14 est] esse *K* certa
K vigilanter *F* 15 quam] quid *I*, cum *FR* 16 praesumpseras *TKFQ.I*
 blanditiae et *Bm2sl.* 17 amara] vel amata *Nm.al.sl.* stillaverit *B*
H(omo) longe *K*, *A(ug.)* longe *N* 18 *R(atio)* sed *KN* item] idem
NJWGO, vel idem *Qm2sl.* ut] at si *JWGO*, ut sic *m*

secretissimus ille medicus utrumque monstraret, et unde cura eius evaseris et quid curandum remaneat.

26. *A.* Tace, obsecro, tace. Quid crucias? Quid tantum fodis alteque descendis? Iam flere non duro, iamiam nihil promitto, nihil praesumo, ne me de istis rebus interroges. 5 Certe dicis, quod ille ipse, quem videre ardeo, noverit quando sim sanus. Faciat quod placet; quando placet, sese ostendat; iam me totum eius clementiae curaeque committo. Semel de illo credidi, quod sic erga se adfectos sublevare non cesset. Ego nihil de mea sanitate, nisi cum illam pulchritu- 10 dinem videro, pronuntiabo.

R. Prorsus nihil aliud facias. Sed iam cohibe te a lacrimis et stringe animum. Multum omnino flevisti et hoc omnino morbus iste pectoris tui graviter accipit.

A. Modum vis habere lacrimas meas, cum miseriae 15 meae modum non videam, aut valetudinem corporis considerare me iubes, cum ego ipse tabe confectus sim? Sed, quaeso te, si quid in me vales, ut me temptes per aliqua compendia ducere, ut vel vicinitate nonnulla lucis illius, quam, si quid profeci, tolerare iam possum, pigeat me ocu- 20

1 monstraret] *add.* quae videres *G*, demonstraret *FNR edd.exc.p*, monstret *E* et *om.K* 2 curam *BCFO* eius *om.G* evaseris et] *evasisset R* 3 interlocutoris siglum *om.B* quid *alt.*] quin *Tac.*, qui *D* 4 descendis *Nac.J* flere] fixe *J*, fortasse scribendum: non flere, cf. *Thes.l.l. V 1*, 2297 l.83sq. non duro *Bm2sl.* iam *BE* 5 nihil] nihilque *W*, nil *H* praesummo *R* H(omo) ne me *B* 7 placeat *J* se *JWG* 9 erga se] erat si *N* affectus *Tac.FE* 10 nisi *om.G* 12 cohibe te] quohibete *G*, cohibente *D* 14 accepit *QR* 15 miseria *K* 16 aut] ut *K* 17 sum *Jac.G* 18 quesso *J* 19 ducere – lucis *Bm2mg.* vicinitatem nonnullam *E* istius *J* 20 profoeci *K*, proficit *Hpc.m3*, *add.* al. profeci *Hm3mg.* iamiam *H*, iam non *J* possim *KE* me *om.Rouen 469 m*

los referre ad illas tenebras, quas reliqui, si tamen relictæ adhuc dicendæ sunt, quæ caecitati meae blandiri audent.

XV.27. *R.* Concludamus, si placet, hoc primum volumen, ut iam in secundo aliquam, quæ commoda occurrerit, 5 adgrediamur viam. Non enim huic adfectioni tuæ a moderata exercitatione cessandum est.

A. Non sinam omnino concludi hunc libellum, nisi mihi modicum, quo intentus sim, de vicinia lucis aperueris.

R. Gerit tibi ille medicus morem. Nam nescio quis me, 10 quo te ducam, fulgor invitat et tangit. Itaque accipe intentus.

A. Duc, oro te, ac rape, quo vis.

R. Animam te certe dicis et deum velle cognoscere?

A. Hoc est totum negotium meum.

15 *R.* Nihilne amplius?

A. Nihil prorsus.

R. Quid? veritatem non vis comprehendere?

A. Quasi vero possim hæc nisi per illam cognoscere.

R. Ergo prius ipsa cognoscenda est, per quam possunt 20 illa cognosci.

A. Nihil abnuo.

1 quas reliqui *Bm2pc.KQpc.m2 Rouen 469 lm*, quæ reliqui *Bm1Cm1HFFQm1N.IWGOR*, *add.* si tamen reliqui, quarum reliquiae *J*, quæ reliquiis (*add.* suis *E*) *TE pae*, reliquiasque *DCpc.m3* relictæ *Rouen 469 lm*, reliquiae *cet.* 2 adhuc] et huc *Qac.m2*, adhuc *post* meae *tr.lm* quæ *om.Bac.TDCac.m3Hac.m2FQac.m2J p*, quam *N*, quæ se *R* 4 ut] et *E* iam] etiam *N* aliqua *WG* commodè *N* occurrerit] -rint *Bac.W*, est currere *K* 5 ammoderata *W*, amoderata *FNO* 6 exercita-
tione] affectione *R* 7 non] *add.* enim *K* 8 modicum] modum cum *B* 9 R(atio) *om.W* gerat *N* moram *WOQpc.m2*, mores *E* nam *om.B* 10 te *om.H* te ducam] deducam *Cac.Qac.m2*, *add.* iam *Qm2sl.*, te duce iam *W*, te duco iam *O* R(atio) itaque *W* 12 due *DQpc.Gpc.Epc.*, die *Qac.Gac.Eac.cet.* oro] rogo *J* accipe et rape *R* 13 certe te *H* 14 negotium meum totum *J* 16 prorsus nihil (*CFNO* 17 comprehendere] cognoscere *O* 18 quasi] quomodo *Hpc.sl.* possum *codd.exc.TDCJ* illa *RD* 19 ipsa] illa *RO* possum *E*

R. Primo itaque illud videamus, cum duo verba sint veritas et verum, utrum tibi etiam res duae istis verbis significari an una videatur.

A. Duae res videntur. Nam, ut aliud est castitas, aliud castum, et multa in hunc modum, ita credo aliud esse veritatem et aliud quod verum dicitur. 5

R. Quid horum putas esse praestantius?

A. Veritatem opinor. Non enim casto castitas, sed castitate fit castum; ita etiam, si quid verum est, veritate utique verum est. 10

28. *R.* Quid? cum castus aliquis moritur, censes mori etiam castitatem?

A. Nullo modo.

R. Ergo, cum interit aliquid, quod verum est, non interit veritas. 15

A. Quomodo autem interit aliquid verum? Non enim video.

R. Miror te istud quaerere. Nonne ante oculos nostros milia rerum videmus interire? Nisi forte putas hanc arborem aut esse arborem, sed veram non esse, aut certe interire non posse. Quamvis enim non credas sensibus possisque respondere ignorare te prorsus, utrum arbor sit, tamen illud non negabis, ut opinor, veram esse arborem, si arbor est; non enim hoc sensu, sed intellegentia iudicatur. Si enim 20

2 res duae] residuae *Hac.Wac.*, res duo *R* 4 ut *om.H* 5sq. veritatem esse *H* 7 horum] *add. duorum TD edd.* 8 ut opinor *Qpc.m2* 9 castus *N* etiam] enim *WGO, add. enim Qm2sl.* si quid] sicut *N* 10 utique] itaque *B, om.J* 11 mori] morte *Cac.* 13 nullo modo] *add. censeo Jm2sl.* 14 aliquid – 16 autem *om.F* 16 non enim] nondum *B*, non *W* 18 istuc *BCm3FQGO*, istum *Cm1ac.m3* 20 aut *pr.]* haud *Qac.* aut esse arborem *Cm2mg.* 22 illud] aliud *J* (illud *sl.*) 24 hoc *om.D* sensus *B*, sensum *D*, sensus et *Qac.m3*

falsa arbor est, non est arbor; si autem arbor est, vera sit
necesse est.

A. Concedo istud.

R. Quid illud alterum? nonne concedis hoc genus rerum
5 esse arborem, quod nascatur et intereat?

A. Negare non possum.

R. Concluditur ergo aliquid, quod verum sit, interire.

A. Non contravenio.

R. Quid illud? nonne tibi videtur intereuntibus rebus
10 veris veritatem non interire, ut non mori casto mortuo
castitatem?

A. Iam et hoc concedo et magnopere, quid moliaris,
exspecto.

R. Ergo adtende.

15 *A.* Istic sum.

29. *R.* Verane tibi videtur ista sententia: 'quicquid est,
alicubi esse cogitur'?

A. Nihil me sic ducit ad consentiendum.

R. Fateris autem esse veritatem?

20 *A.* Fateor.

R. Ergo ubi sit, necesse est quaeramus; non enim est in
loco, nisi forte aut esse in loco aliquid aliud praeter corpus
aut veritatem corpus esse arbitraris.

A. Nihil horum puto.

16sq. cf. Cic. ac. 1.24 (Hagendahl, Test. 119a)

1 non -- est *tert.om.WG* arbor *alt. om.JO* autem] enim *R.*
om.cet.exc.TD arbor *tert.*] est vera *R* **3** istuc *BQWGO* **4** rerum] verum
Qac.m2, om.E **5** arborum *Bpc.m2* nascitur *B* et *om.F* **6** non negare
E **7** aliquid] aliud *J* (vel aliquid *m2sl.*) **9** quod *Cac.* non *BQ* tibi
non *JWGO* rebus *om.E* **12** magno opere *B* **13** exspecto] exposco
Cac.m3FNRR, *add. al. exspecto Rsl.* **15** istic] ita *R*, ista *K* sumus *G* **16**
vera *HQ* videtur] -entur *F*, detur *Cac.m3* **17** cogitur] cognoscitur *Rac.*,
cognitum *K* **18** sic ducit] saeducit *R* **19** est *K* **21** ubi sit ergo *Cac.*
est *pr.*] *add. ut Jsl.* quaeramus] *add. eam R* est enim *B edd.* **23**
arbitreris *TDE* **24** H(omo) nichil horum puto *Hm3mg.*

R. Ubinam igitur illam esse credis? Non enim nusquam est quam esse concedimus.

A. Si scirem ubi esset, nihil fortasse amplius quaerem.

R. Saltem ubi non sit, potes cognoscere? 5

A. Si conmemores, fortasse potero.

R. Non est certe in rebus mortalibus. Quicquid enim est, non potest manere, si non maneat illud in quo est; manere autem etiam rebus veris intereuntibus veritatem paulo ante concessum est. Non igitur est veritas in rebus mortalibus. Est autem veritas et non est nusquam. Sunt igitur res immortales. Nihil autem verum, in quo veritas non est. Conficitur non esse vera nisi quae sunt immortalia. Et omnis falsa arbor non est arbor, et falsum lignum non est lignum, et falsum argentum non est argentum, et omnino quicquid falsum est, non est. Omne autem, quod verum non est, falsum est. Nulla igitur recte dicuntur esse nisi immortalia. Hanc tu tecum ratiunculam diligenter considera, ne quid tibi concedendum non esse videatur. Si enim rata est, 10 15

12 nihil des.O

1 ubi iam *R* esse illam *codd.exc.FNRO* 2 est] esse *Qac.*, *om.H*, *add. ergo JWO*, *add. ergo ubi G*, *post est interp. QJWGO* quam] *om.HQac.m2JG*, *add. ubi WQm2* esse *om.Qac.m2* 5 saltem *TDQ*, saltum *BR*, saltim *cet.* potest *Bac.E* cognoscere *KJWG*, agnoscere *cet.* 6 potuero *Jac.* 8 est *pr.*] *add. in aliquo Rouen 469 m* 9 in rebus *Bac.W* 10 consensum *K* 11 est *pr.*] *inest K* veritas autem *E* et non est] *inest R* numquam *Cac.m3*, usquam *JE* 12 mortales *RO* nihil *EXPL.* *O* non *Qm2sl.* 13 conficitur] *confitetur Hac.*, unde *confic- N*, *add. itaque edd. esse] est K* vere *Qac.m2* et *om.R* 14 non est arbor *om.BN* 15 et *pr. om.H* argentum *pr. et alt.*] argumentum *K* 16 falsum *post* 15 argentum *alt. tr. K* est, non est *Bm2* 17 recta *R* 19 tibi] *add. temere N* concidendum *J*

totum negotium paene confecimus; quod in alio fortasse libro melius adparebit.

30. *A.* Habeo gratiam et ista mecum atque adeo tecum, quando in silentio sumus, diligenter cauteque tractabo, si
5 nullae se tenebrae inmittant suamque etiam, quod vehementer formido, mihi faciant delectationem.

R. Constanter deo crede eique te totum committe quantum potes. Noli esse velle quasi proprius et in tua potestate, sed eius clementissimi et utilissimi domini te servum esse
10 profiteri. Ita enim te ad se sublevare non desinet nihilque tibi evenire permittet, nisi quod tibi prosit, etiam si nescias.

A. Audio, credo et quantum possum obtempero plurimumque ipsum deprecor, ut plurimum possim, nisi quid forte amplius a me desideras.

15 *R.* Bene habet interim. Facies postea, quicquid iam visus ipse praeceperit.

deest O

1 totum] omne *KWG* poene *N* conficimus *Cac.J* 3 interlocutoris siglum *om.F* gratiam] vel gratum *Jm2sl.* et *om.R* istam *K*, iste *Tac.* 4 sum *R* 5 tenebrae se *HKQJWF* suamque] sciam quae *G*, suique *m* 7 R(atio) *om.F* constanter] hoc tantum *R* te *om.TKJWGR*, del *Q*, add.*sl.H* 8 potest *Bac.TK* 9 sed] add. et *Cm2sl.W* eius] add. et *G*, huius *Fuchs* clementissimi] add. domini *J* utilissimi] mitissimi *Fuchs* 10 desinit *RE* 11 permittit *CFQac.m2RE* 12 interlocutoris siglum *om.F* in quantum *R* plurimumque – 13 deprecor *om.Qm1*, plurimumque deprecor ipsum *Qm2mg.* ipsum- plurimum *om.Hm1*, ipsum ut plurimum *Hm3mg.* R(atio) nisi quod *K* 15 R(atio)] H(omo) *K*, *om.FR* habes *DW* facias *Qac.m2* 16 visus] vis *R*, vel visu *Qm3sl.* praeceperit] pere-
E, add. amen *B*

Soliloquiorum liber secundus

I.1. A. Satis intermissum est opus nostrum et impatiens est amor nec lacrimis modus fit, nisi amori detur quod amatur. Quare adgrediamur librum secundum.

R. Adgrediamur.

5

A. Credamus deum adfuturum.

R. Credamus sane, si vel hoc in potestate ⟨nostra⟩ est.

A. Potestas nostra ipse est.

R. Itaque ora brevissime ac perfectissime, quantum potes.

10

A. Deus semper idem, noverim me, noverim te. Oratum est.

R. Tu qui vis te nosse, scis esse te?

A. Scio.

R. Unde scis?

15

A. Nescio.

R. Simplicem te sentis anne multiplicem?

A. Nescio.

2 A(ug.)] Ratio *TDCH*, interlocutoris siglum *om.BQWGORe*, *exp.F* satis – 3 nec *om.B* 3 amor] animus *T*, *add.* noster *KE* lacrimis] criminis *B* fit] sit *J* amari *Jac.* 4 amatur] amictum *R* egrediamur *R* librum secundum *om.Cac.m2FN* 5 R(atio)] A(ug.) *JTD ae*, H(omo) *HQm2sl.*, *om.BKFNRE* adgrediamur *om.Cac.m2FNRE* 6 A(ug.)] Ratio *TDHQm2sl.NJ pae*, *om.BKFR* adfuturum *Bm2sl.*, futurum *G* 7 R(atio) *om.B*, A(ug.) *TDCNJ pae*, H(omo) *HKQm2sl.E* credamus *Bm2sl.* nostra *edd.* 8 A(ug.) *WGOQm2sl.*, interlocutoris siglum *om.BF*, R(atio) *Qm1 cet.* 9 R(atio) *WGOQm2sl.*, *om.Qm1 cet.* 10 potest *Cac.K* 11 Oratio Augustini brevissima *Hmg.* 13 esse *om.O* 15 R(atio) unde – 17 nescio *post* 17 multiplicem *tr.H* 17 R(atio) simplicem – 18 nescio *om.F* an *K* multiplicem] vel compositum *Cm3sl.*

- R.* Moveri te scis?
A. Nescio.
R. Cogitare te scis?
A. Scio.
5 *R.* Ergo verum est cogitare te.
A. Verum.
R. Immortalem te esse scis?
A. Nescio.
R. Horum omnium, quae te nescire dixisti, quid scire
10 prius mavis?
A. Utrum immortalis sim.
R. Vivere igitur amas?
A. Fateor.
R. Quid? cum te immortalem esse didiceris, satisne erit?
15 *A.* Erit id quidem magnum, sed mihi est parum.
R. Hoc tamen quod parum est quantum gaudebis?
A. Plurimum.
R. Nihil iam flebis?
A. Nihil omnino.
20 *R.* Quid? si vita ipsa talis esse inveniatur, ut in ea tibi nihil amplius quam nosti, nosse liceat, temperabis a lacrimis?
A. Immo tantum flebo, ut vita nulla sit.
R. Non igitur vivere propter ipsum vivere amas, sed
25 propter scire.
A. Cedo conclusioni.
R. Quid, si eadem ipsa rerum scientia miserum faciat?

1 movere *FGOR* **4** scio] nescio *K* **7** esse *om.H* **9** omnium *om.HQ* scire] *add. te GEsL.* **10** mavis] amabis *H*, malis *Tac.*, magis vis *Tm2mg.RE*, maius *G* **14** te] *add. ipsum H* immortalem te *J* esse *Cm2sl.* satis *codd.exc.N* **15** R(atio) id quidem *F* id] hic *ED* sed] est *F* mihi est] *om.codd.exc.N*, id mihi *aelm, om.p* **16** parum] parvum *CFNWGO*, parvum *J* **20** ipsa vita *TDR*, vita ista *G* in *om.R* **20sq.** nihil tibi *K* **23** tantum *eras.T* **27** quid] quod *KN* ipsa eadem *O* facit *HKQJWGO*

A. Nullo id quidem paeto fieri posse eredo. Sed si ita est, nemo esse beatus potest; non enim nunc aliunde sum miser nisi rerum ignorantia. Quod si et rerum scientia miserum facit, sempiterna miseria est.

R. Iam video totum quod cupis. Nam, quoniam neminem scientia miserum esse credis, ex quo probabile est ut intelligentia efficiat beatum, beatus autem nemo nisi vivens et nemo vivit qui non est: esse vis, vivere et intellegere; sed esse ut vivas, vivere ut intellegas. Ergo esse te seis, vivere te scis, intellegere te seis. Sed utrum ista semper futura sint an nihil horum futurum sit an maneat aliquid semper et aliquid intereidat an minui et augeri haec possint, cum omnia mansura sint, nosse vis.

A. Ita est.

R. Si igitur probaverimus semper nos esse victuros, sequetur etiam semper futuros.

A. Sequetur.

R. Restabit quaerere de intellegendo.

II.2. A. Manifestissimum ordinem video atque brevissimum.

R. Hic ergo esto nunc, ut interroganti eaute firmeque respondeas.

A. Istic sum.

2 est *om.H* 3 ignorantia] *add.* miserum facit *K* et *exp.B* 4 faciat *B* 5 nam *om.K* quoniam] quia *WO* 6 quo] hoc *N* 7 vivens] videns *Rac.m2* 8 vis] *add.* et *Hsl.WO, om.E* 9 esse *pr.*] *add.* vis *Jsl.* ergo *om.JWGO, del.Q* esse *alt.*] *add.* ut intellegas esse *Bm2sl.TDCHKFQac. Rac.E* te *om.K* 10 te *pr. om.codd. exc.CFN* te *alt. om.codd. exc.FRE* ista] ita *RE* 11 an *pr.*] aut *G* mane ad *D*, mane ut *K* 12 intercidit *Jac.*, intercedat *Rac.* possint haec *O* 13 mansura] in (*add.m2*) mensura *R* 15 nos] non *Qac.m2* esse victuros esse *H* 16 sequitur *CFQac.m2R* 17 sequitur *CFQac.m2R* 19 interlocutoris siglum *om.B* brevissimum] beatissimum *J* 21 R(atio) *om.B* esto ergo *KWG* firmeque *om.D* 23 istic] ita *R*

R. Si manebit semper mundus iste, verum est mundum semper mansurum esse?

A. Quis hoc dubitet?

R. Quid? si non manebit, nonne ita verum est mundum
5 non esse mansurum?

A. Nihil resisto.

R. Quid? cum interierit, si interiturus est, nonne tunc id erit verum, mundum interisse? Nam quamdiu verum non est mundum occidis, non occidit. Repugnat igitur, ut
10 mundus occiderit et verum non sit mundum occidis.

A. Et hoc concedo.

R. Quid illud? videturne tibi verum aliquid esse posse, ut veritas non sit?

A. Nullo modo.

R. Erit igitur veritas, etiamsi mundus intreat.
15

A. Negare non possum.

R. Quid? si ipsa veritas occidat, nonne verum erit veritatem occidis?

A. Et istud quis negat?

R. Verum autem non potest esse, si veritas non sit.
20

A. Iam hoc paulo ante concessi.

R. Nullo modo igitur occidet veritas.

A. Perge, ut coepisti, nam ista conlectione nihil est verius.

2 esse mansurum *FQNGORE*, esse semper mansurum *K* 3 dubitat *H* 7 interitus *Cac.m2R*, interitu *K* est *om.K* est – 8 erit *om.G* 8 veram *B* interisse – 9 mundum *Tm.al.* nam – 9 occidis *Bm2* 9 haccidis *R* accidit *R* repugnat – 10 occideret (!) *Wm.al.mg.* 10 occidat *TD*, acciderit *R* et – occidis *Wm.al.mg.* accidis *R* 11 hoc concedo] non accedo *R* 12 esse aliquid verum *RO* 15 etiamsi] *add.* cum *K* 17 occidit *N*, accidat *R*, occiderit *HQ* nonne *exp.Q. om.O* 18 accidis *R* 19 istuc *BCFNWG*, ista *R* 20 potest] putas *G* 21 cessi *W* 22 igitur *om.O* occidit *CHFNE*, haccidit *R* 23 caepisti *BO*, cepisti *RE*

III.3. *R.* Nunc respondeas mihi velim, utrum tibi sentire anima videatur an corpus?

A. Anima videtur.

R. Quid? intellectus videtur tibi ad animam pertinere?

A. Prorsus videtur.

5

R. Ad solam an ad aliquid aliud?

A. Nihil aliud video praeter animam nisi deum, ubi intellectum esse credam.

R. Iam illud videamus. Si tibi quispiam istum parietem non esse parietem, sed arborem diceret, quid putares?

10

A. Aut eius sensum aut meum falli aut hoc nomine ab eo parietem vocari.

R. Quid? si et illi species arboris in eo adpareat et tibi parietis, nonne poterit utrumque verum esse?

A. Nullo modo, quia una eademque res et arbor et paries esse non potest. Quamvis enim singulis nobis singula esse videantur, necesse est unum nostrum imaginationem falsam pati.

15

R. Quid, si nec paries nec arbor est et ambo fallimini?

A. Potest id quidem.

20

R. Hoc ergo unum superius praetermiseras.

A. Fateor.

1 R(atio) om.B sentire tibi O sentisse R 2 videtur KG, add. de intellectu anime K 3 interlocutoris siglum om.B 6 solam] add. animam Rouen 469 m an etiam Fuchs ad alt.Qm2sl. aliud aliquid H 7 videtur Gac. praeter] pater K nisi] add. de intellectu animae W deo B 8 credamus C 9 parietem Tm.al.mg. 10 non esse om.T 11 interlocutoris siglum om.B 13 R(atio) om.B 14 parietes K nonne] nemo Qac.m2 15 quia] quod G et pr. om.JWGO 16 nobis] nominibus Rpc.m2 17 est] esse K unus JG 19 si] sic Hac. nec arbor nec paries O 21 – p. 50,1 interlocutoris siglum om.B

R. Quid? si agnoscatis aliud vobis videri quam est, numquidnam fallimini?

A. Non.

R. Potest igitur et falsum esse quod videtur, et non falli
5 cui videtur.

A. Potest.

R. Confitendum est <igitur> non eum falli, qui falsa videt, sed eum, qui adsentitur falsis.

A. Plane confitendum.

10 *R.* Quid? ipsum falsum quare falsum est?

A. Quod aliter sese habet quam videtur.

R. Si ergo non sint quibus videatur, nihil est falsum.

A. Sequitur.

R. Non igitur est in rebus falsitas, sed in sensu; non
15 autem fallitur, qui falsis non adsentitur. Conficitur ut aliud
simus nos, aliud sensus, siquidem, cum ipse fallitur, possumus
nos non falli.

A. Nihil habeo quod contradicam.

R. Sed numquid, cum anima fallitur, audes te dicere
20 non esse falsum?

A. Quo pacto istud audeo?

R. At nullus sensus sine anima, nulla falsitas sine sensu.

1 ignoscatis *Wac.* quam] *add.* quod *B* **2** numquidnam *Cac.*,
numquin nam *N*, numquid iam *D*, numquid non *K* fallimini *C* **3**
A(*ug.*)] *R*(*atio*) *BR* **4** *R*(*atio*) *om.BR* quid *Wac.* valli *K* **5** cui
videtur] qui videt *J*, cum videtur *Qpc.m2* **7** *interlocutoris siglum om.R*
igitur *aelm*, *om.codd.* *p* qui] quia *WG* **8** vidit *Cac.m3*, videtur *O* **10**
falsum *pr.*] confitendum *R* **11** quod] quia *K* sese] esse *K* **15** quare
conficitur *N* ut] et *C* (ut *Cm3sl.*) aliud] aliquid *E* **16** nos] non *Hac.E*
nos aliud sensus *om.K* aliud] alius *D* **17** nos *Cm3mg.KWG*, *om.Cm1*
cet. **19** aut est edicere *Cac.* **21** istuc *BCFNWG*, ista *R* audeam *elm*
22 *R*(*atio*) *om.K* at nullus] an ullus *K* nulla falsitas sine sensu *Cm2sl.*

Aut operatur igitur anima aut cooperatur falsitates.

A. Trahunt praecedentia consensionem.

4. *R.* Illud nunc responde, utrum tibi videatur posse fieri, ut aliquando falsitas non sit.

A. Quomodo mihi hoc videri potest, cum tanta sit 5
difficultas inveniendae veritatis, ut absurdius dicatur falsi-
tatem quam veritatem esse non posse?

R. Numquidnam arbitraris eum, qui non vivit, posse sentire?

A. Non potest fieri. 10

R. Confectum est animam semper vivere.

A. Nimis cito urges me in gaudia: pedetemptim, quaeso.

R. Atqui, si recte illa concessa sunt, nihil de hac re dubitandum video. 15

A. Nimis cito est, inquam. Itaque facilius adducor, ut me temere aliquid concessisse arbitrer quam ut iam securus de immortalitate animae fiam. Tamen evolve istam conclusionem et, quomodo id effectum sit, ostende.

R. Falsitatem dixisti sine sensu esse non posse et eam 20
non esse non posse: semper igitur sensus. At nullus sensus

17 conces(sisse) *des.E*

1 cooperatur] quo (quod *Qpc.*) operatur *BQ*, eo operatur *J* (*add.* vel cooperatur *m2sl.*) falsitates] falsitas *DHpc.FRE*, falsitas est *Qpc.m1* (quidam liber falsitates cooperatur *m2mg.*), falsitati *TCm3mg.* (*Al ... cooperatur falsitati*) *edd.* 2 trahuntur *Cac.FRac.* consentionem *K*, consensione *WG*, ad consensionem *N* 5 hoc mihi *KJWGRe* cum tanta] quanta *E* sit] *add.* tarde sive difficiliter dubitat vel labor laboriose *R* 6 inveniendi *O* ut *Bm2sl.* 8 numquidnam *Cac.m3* 12 urges *KWORE* gaudio *Cac.*, gaudium *E* pedetentim *BT*, pedetemptim *E* 14 *R(atio) om.B* atque *E* recte] cuncta *E* de *om.G* 16 interlocutoris siglum *om.B* 17 temere] timere *K*, tenere *Rac.m2* concessisse *Bac.m2* 18 anima fiat *Qac.m2* 20 falsitatem] *add.* tamen *R* 21 igitur] *add.* est *lm at]* et *CG*

sine anima: anima igitur sempiterna est. Nec valet sentire, nisi vivat: semper igitur anima vivit.

IV.5. *A.* 'O plumbeum pugionem!' Posses enim concludere hominem esse inmortalem, si tibi concessissem
5 numquam istum mundum esse posse sine homine eumque mundum esse sempiternum.

R. Bene quidem vigilas. Sed tamen non parum est, quod confecimus rerum naturam sine anima esse non posse, nisi forte in rerum natura falsitas aliquando non erit.

10 *A.* Istud quidem consequens esse confiteor. Sed iam amplius deliberandum censeo, utrum superius concessa non nutent. Non enim parvum gradum ad animae immortalitatem factum esse video.

R. Satisne considerasti, ne quid temere dederis?

15 *A.* Satis quidem, sed nihil video, quo me arguam temeritatis.

R. Ergo confectum est rerum naturam sine anima viva esse non posse.

20 *A.* Confectum hactenus, ut possint vicissim aliae nasci, aliae mori.

R. Quid? si de natura rerum falsitas auferatur, nonne fiet ut vera sint omnia?

A. Consequi video.

3 Cic. fin. 4,48 (Hagendahl, Test. 173a)

deest E

2 igitur *exp.Q, om.O* vivit *om.Cac.m3F* 3 possem *HQac.m2* 4 concessissem] conclusissem *Qm2mg.* 5 posse *om.G* 7 parum] parvum *Qpc.WGO*, parvum *J* 8 conficimus *CHQac.NJ* naturam] -ras *J*, *add.* videlicet *O* 9 naturam *W* 10 istuc *BCFNWG* siquidem *II* confiteor] vel video *Jm2sl.* iam *W, om.cet.* 11 non *exp.Q, eras.W, om.G* 11sq. nonnutent (non vetent *pc.*) *R* 14 R(atio) *Qm2sl.* satis *K* consideras *D* redideris *K* 15 quo *TD*, qui *K*, quod *Cac.cet.* 17 natura *JG* vivam *THFQO* 21 de] e *K*

R. Responde, unde tibi videatur paries iste verus esse.

A. Quia non eius fallor aspectu.

R. Ergo quia ita est ut videtur.

A. Etiam.

R. Si igitur inde aliquid falsum est, quod aliter videtur 5
atque est, inde verum, quod ita ut est videtur, ablato eo cui
videtur, nec falsum quicquam nec verum est. At si falsitas
in rerum natura non sit, vera sunt omnia. Nec videri quic-
quam nisi viventi animae potest. Manet igitur anima in
rerum natura, si auferri falsitas non potest; manet, si pot- 10
est.

A. Video robustius esse factum quidem quod iam con-
clusum erat, sed nihil hac adiectione promovimus. Nihilomi-
nus enim manet illud, quod me plurimum movet, nasci 15
animas et interire atque, ut non desint mundo, non earum
immortalitate, sed successione provenire.

6. *R.* Videnturne tibi quaeque corporea, id est sensibi-
lia, intellectu posse comprehendere?

A. Non videntur.

R. Quid illud? videtur tibi sensibus uti deus ad res 20
cognoscendas?

A. Nihil audeo de hac re temere adfirmare; sed quan-
tum conicere datur, nullo modo deus utitur sensibus.

deest E

1 respondes (-et *ac.*) *B* 2 eius non *edd.exc.p* 3 quia ergo *FOR* 4
A(ug.) – 5 videtur *Cm2mg.* interlocutoris siglum *om.B* 5 *R(atio)*
om.BWGO, eras.Q si igitur] sed si *O* aliquid inde *edd.* falsum aliquid
TD quo aliter *TW*, qualiter (quia aliter *pc.*) *B* 6 atque] a quo *H* quod]
quo *BT Dac.HQac.WO* cui] qui *TD* 7 videt *D* *R(atio)* at si
WGOQpc.m2 9 manet] non est *K* 10 potest *alt.*] potes *B* 12 quidem
esse factum *elm* 13 hac] hec *Bac., om.FR* promovemus *Cac.FR* 14
plurimum me *edd.* 15 animam *O* 16 mortalitate *K* successione]
suasione *Jac.* 17 vide ne *Oac.m.al.* 20 deum *codd.* 21 noscendas *B*,
recognoscendas *Cac.Rac.*

R. Ergo concludimus non sentire posse nisi animam.

A. Conclude interim quantum probabiliter licet.

R. Quid illud? dasne istum parietem, si verus paries non sit, non esse parietem?

5 *A.* Nihil hoc facilius dederim.

R. Neque quicquam, si verum corpus non sit, corpus esse?

A. Tale etiam hoc est.

R. Ergo si nihil verum est, nisi ita sit ut videtur, nec
10 quicquam corporeum videri nisi sensibus potest nec sentire nisi anima nec, si verum corpus non sit, corpus esse, restat, ut corpus esse non possit, nisi anima fuerit.

A. Nimis urges, et quid resistam non habeo.

V.7. *R.* Adtende in ista diligentius.

15 *A.* En adsum.

R. Certe hic lapis et ita verus est, si non se habet aliter ac videtur, et lapis non est, si verus non est, et non nisi sensibus videri potest.

A. Etiam.

20 *R.* Non sunt igitur lapides in abditissimo terrae gremio nec omnino, ubi non sunt qui sentiant; nec iste lapis esset, nisi eum videremus, nec lapis erit, cum discesserimus nemo-

deest E

1 concludamus *Bpc.* anima *DJ* 4 esse] est *K* 5 facilius hoc *H* facilius] *add.* si hic *deest R* 6 *R(atio) om. BTDR* nequicquam *R* corpus *pr. om. O* 8 *A(ug.)*] *R(atio) BTDR* 9 *R(atio) om. BTDR* ita *om. G* 10 videre *Qac.m2* 11 animam *DH* corpus *alt.] add.* non *K* 12 ni *G* 13 urges *KNWR* quid] qui *Cac.m3*, cui *JNWGOQpc.m2* resistat *Qac.*, restat *H* 14 ad ista *R* diligentius in ista *K* 16 lapis] *add.* est *edd.* verus] versus *K* 17 videtur] detur *Hac.m3* 18 potest videri *Cac.* 20 terrarum *J* 21 *A(ug.)* nec omnino *W*, *H(omo)* nec omnino *Wpc.m2*, *H(omo)* nego *K* ubi] *R(atio)* ibi *K* iste] *add.* ex se *O* lapides esse *K* 22 decesserimus (*desc- ac.*) *H*

que alius eum praesens videbit. Nec, si loculos bene claudas, quamvis multa in eis incluseris, aliquid habebunt nec prorsus ipsum lignum intrinsecus lignum est. Fugit enim omnes sensus quicquid in altitudine est corporis minime perlucen-
tis; quod non esse omnino cogitur. Etenim si esset, verum 5
esset; nec verum quicquam est, nisi quod ita est ut videtur; illud autem non videtur: non est igitur. Nisi quid habes ad haec quod respondeas.

A. De his quidem, quae concessi, hoc natum esse video; sed absurdum ita est, ut quicquid vis illorum facilius negem 10
quam hoc verum esse concedam.

R. Nihil repugno. Vide ergo quid dicere velis: corporea nisi sensibus videri posse, an sentire nisi animam, an esse lapidem vel quid aliud, sed verum non esse, an ipsum verum aliter esse definiendum. 15

A. Istuc ipsum, oro te, ultimum videamus.

8. R. Defini ergo verum.

A. Verum est quod ita se habet, ut cognitori videtur, si velit possitque cognoscere.

R. Non erit igitur verum quod nemo potest cognoscere? 20
Deinde, si falsum est, quod aliter quam est videtur, quid, si

deest E

1 neque si O loculos Rouen 469 aelm, oculis WOQpc.m2, de loculis Qm1 cet. p claudas] laudes (?) J (vel includas m3sl.) 5 non] nunc CFRac., add. vel non Cm3sl. 6 est pr.] esset R 7 R(atio) non est KWQpc.m2 igitur] add. verum Q edd. 9 A(ug.)] R(atio) G, interlocutoris siglum om.KWO, del.Q 10 quicquid vis] vel quidvis Cm2sl. vis] vix K necem K 12 R(atio)] A(ug.) K (pro Homo usque ad p. 61,5)WGO, H(omo) Qm2pc. R(atio) vide Cac.KWQm2 13 nisi – sentire om.D sensibus – nisi om.T videre Cac.FOR an pr.] atque J (vel an sl.), at Qac.m2 an sentire] adsentire KG anima KGD an esse] an sentire B 16 istud TDHKJ, istut R 17 R(atio) om.KWGO, del.Qm2 18 A(ug.)] R(atio) KWGOQm2pc. est] esse K se ita CJ 20 R(atio)] A(ug.) KW, H(omo) Qm2pc. 21 R(atio) deinde G s. deinde add. sed non erit verum Qm.post. quam] add. falsum RO R(atio) quid si KFW Rac.Qm2

alteri videatur hic lapis lapis, alteri lignum, eadem res et falsa et vera erit?

A. Illud me magis superius movet, quomodo, si quid cognosci non potest, eo fiat, ut verum non sit. Nam quod
5 simul una res et vera et falsa est, non nimis curo. Etenim video unam rem diversis comparatam simul et maiorem et minorem esse. Sed ex eo istud contingit, quod nihil per se maius aut minus est; comparationis enim sunt ista nomina.

R. At si dicis nihil verum esse per se, non times ne sequatur, ut nihil sit per se? Unde enim lignum est hoc, inde
10 etiam verum lignum est. Nec fieri potest, ut per seipsum, id est sine cognitore, lignum sit et verum lignum non sit.

A. Ergo illud dico et sic definitio nec vereor ne definitio mea ob hoc improbetur, quod nimis brevis est; nam verum
15 mihi videtur esse id quod est.

R. Nihil ergo erit falsum, quia quicquid est, verum est.

A. In magnas angustias me coniecisti nec invenio prorsus quid respondeam. Ita fit, ut, cum aliter doceri nolim quam istis interrogationibus, verear iam tamen interrogari.

deest E

1 lapis *alt. om. BDHR* alteri *alt.]* alterum *K* 3 *A(ug.) om. D* illum *K* superius me magis *Fuchs* quomodo] comodi *B* 4 non potest – quod *Tm2mg.* eo] et *R* fit *TD* *R(atio)* nam *Wac.* 5 res] *add.* ut *K* falsa *Rm2sl.* est *om. R* 7 *R(atio)* sed *Hac. Qac. J* eo] *add.* et *FNK* istuc *BCWGO* quo *K* 8 enim *om. FO* ista sunt *O* 9 *R(atio)* *om. BHKQJNWGO* at *F*, aut *cel.* esse verum *WG edd. exc. p* non – 10 se *om. KG, add. Jsl.* ne] ut *ORQpc. m2* 10 sit *om. HQac. m2* hoc – 11 est *om. FCac. m3* 11 est lignum *R* semetipsum *J* 12 cognitione *J* (vel tore *m2sl.*) sit] et verum lignum sit *B* et] ut *J* 13 *A(ug.)*] Ratio *KWGOQm2sl., interlocutoris siglum om. BT DN, eras. II* verear *KG* 14 est *om. H* vero *Bac.* 16 *R(atio)* *om. TDKWGO, eras. II, del. Q* 18 fit] sit *K* docere *K Rac.* 19 interrogantibus *K* tamen *om. R*

VI.9. *R.* Deus, cui nos conmisimus, sine dubitatione fert opem et de his angustiis liberat nos, modo credamus et eum rogemus devotissime.

A. Nihil plane libentius hoc loco fecerim; nam nusquam tantam caliginem pertuli. 5

Deus, pater noster, qui ut oremus hortaris, qui et hoc quod rogaris praestas, siquidem, cum te rogamus, melius vivimus melioresque sumus, exaudi me palpitantem in his tenebris et mihi dexteram porrige. Praetende mihi lumen tuum, revoca me ab erroribus; te duce in me redeam et in te. Amen. 10

R. Hic esto, quantum potes, et vigilantissime adtende.

A. Dic, quaeso, si quid tibi suggestum est, ne pereamus.

R. Hic esto.

A. Ecce habes me nihil aliud agentem. 15

10. *R.* Prius, quid sit falsum, etiam atque etiam ventilemus.

A. Miror, si quicquam aliud erit quam quod non ita est ut videtur.

R. Adtende potius et ipsos sensus prius interrogemus. 20
Nam certe, quod oculi vident, non dicitur falsum, nisi habeat aliquam similitudinem veri. Ut verbi causa homo, quem videmus in somnis, non est utique verus homo, sed

deest E

2 feret (-it *ac.*) *W* libera *DRac.* 3 rogamus *Qac.* 5 tanta caligine *KJ* pertullit *K* 6 *R(atio)* Deus *KG* qui *pr. om. J* et *om. J* 7 praestas quod rogaris *KJWG* 8 meliores quaesumus *KRD* 10 duce] *add.* ut (et *ac.*) *H* redeam – 12 vigilantissime *Jm2mg.* 12 *R(atio)* *om. KG* potest *K* adtende] ostende *K* 13 si quid] quicquid *D* suggestum] suggerendum *J* pereamus] pergamus *N* 14 *R(atio)* *om. HFQNR* hic *R(atio)* *KJ* esto *BTDC E, om. cet.* 15 *A(ug.)*] *interlocutoris siglum om. TNR, R(atio) HKQJWGO* me *om. HQac.m2* agentem] vel -e *Jsl.*, habentem *Cac.* 16 *R(atio) BFNR edd., om. cet.* quid] quam *HQac.m2, add.* quid *Hsl.* 19 videar *G* 21 oculis *Rac.* 22 ut *om. J*

falsus eo ipso, quod habet veri similitudinem. Quis enim canem videat et recte se dicat hominem somniasse? Ergo et ille falsus canis est ex eo, quod similis vero est.

A. Ita est ut dicis.

5 *R.* Quid? vigilans quisque si viso equo putet se hominem videre, nonne eo fallitur, quod ei adparet aliqua hominis similitudo? Nam si nihil ei adpareat nisi equi species, non potest arbitrari se hominem videre.

A. Prorsus cedo.

10 *R.* Dicimus item falsam arborem, quam pictam videmus, et falsam faciem, quae de speculo redditur, et falsum turrium motum navigantibus falsamque infractionem remi nihil ob aliud, nisi quod verisimilia sunt.

A. Fateor.

15 *R.* Ita et in geminis fallimur, ita in ovis, ita in sigillis uno anulo impressis et <in> ceteris talibus.

A. Sequor omnino atque concedo.

R. Similitudo igitur rerum, quod ad oculos pertinet, mater est falsitatis.

20 *A.* Negare non possum.

11. *R.* Sed haec omnis silva, nisi me fallit, in duo genera dividi potest. Nam partim aequalibus in rebus, partim vero

deest E

1 quod habet *om.B* quo *FG* viri *KQJac.* 2 videat canem *N* 3 est *pr. aelm, om.codd.exc.Bm2* ex eo quod] ex quo *J* (vel ex eo quod *m2sl.*) 4 ita] cur *J* 5 si] se *B* viso equo] viso eo quo *BQac.*, viso aequo *H* 7 adpareat] -ret *K*, *add.* si nihil ei *H* 8 scse *lm* videre] -ri *G*, vel disse *Jm2sl.* 10 dicis *J* (vel dicimus *m2sl.*) pictura *H*, picta *D* 11 faciem] fac rem *K* 12 falsa] *K* remi] rem *K*, remis *R* (*add.* sed *m2*) 15 ita] *add.* est *K* et *om.O* geminis] geminis *W* ovis] nobis *BKG* sigillis] singillis *Bac.*, singulis (sigillis *m2mg.*) *Q*, singulis sigillis *Cac.F* *NOR aelm* 16 in *edd.* 18 quod] quae *Hpc.G edd.exc.p* 20 possumus *FNR* 21 R(atio) *om.QWGO* sed] et *FNR* silva nisi me] si vanissime *Qac.m2* nisi me] quae vanissime *B*

in deterioribus est. Aequalia sunt, quando tam hoc illi quam illud huic simile esse dicimus, ut de geminis dictum est vel de impressionibus anuli. In deterioribus autem, quando illud, quod deterius est, simile esse dicimus melioris. Quis enim in speculum adtendat et recte dicat se esse illius 5 imaginis similem ac non potius illam sibi? Hoc autem genus partim est in eo quod anima patitur, partim vero in his rebus quae videntur. Sed ipsum, quod anima patitur, aut in sensu patitur, ut turris motum, qui nullus est, aut apud seipsam ex eo quod accepit a sensibus, qualia sunt visa 10 somniantium et fortasse etiam furentium. Porro illa, quae in ipsis rebus quas videmus adparent, alia a natura, cetera ab animantibus exprimuntur atque finguntur. Natura gignendo vel resultando similitudines deteriores facit: gignendo, cum parentibus similes nascuntur, resultando, ut de 15 speculis cuiuscemodi. Quamvis enim pleraque specula homines faciant, non tamen ipsi effingunt eas quae redduntur imagines. Iam vero animantium opera sunt in picturis et huiuscemodi quibusque figmentis; in quo genere includi etiam illa possunt, si tamen fiunt, quae daemones faciunt. 20 Umbrae autem corporum, quia non nimis ab re abest, ut corporibus similes et quasi falsa corpora dicantur, nec ad

deest E

1 est *Bm2* 2 geminis] gemmis *Cac.WO* 3 autem] aut *D* 4 dicimus esse *BCFNOR* meliori *H elm* qui *D* 5 speculam *W* recta *D* dicat recte *C* se *Qm2sl.* 5sq. illi imagini *elm* 6 ac] an *K* 7 partim *pr.*] pati *D* partim *alt.* – 8 patitur *om.K* 8 anima] *add.* mea *N* 10 quod] quo *B* accipit *NJWGOQpc.m2* sunt *om.J* 11 et – furentium *Tm2mg.* fortassis *T edd.*, fortasse *cet.* porro] pro *K*, pre *G* 12 ipsis] illis *H* apparet *Rac.m2* alia] *add.* sunt *R* a *om.FRG* cetera *Tm2sl.* 13 exprimentur *K* 13sq. a gignendo *H* 15 parentibus] partibus *J* (vel parientibus *m2sl.*) 16 huiuscemodi *Qac.* homines] omnes *Rac.* 17 faciunt *Wpc.* fingunt *J*, effinguntur *D* 18 opera sunt] operas.ut *B* 19 quibus *Qac.m2* concludi *R* 21 re] se *F*

oculorum iudicium pertinere negandae sunt, in illo eas genere poni placet, quod resultando a natura fit. Resultat enim omne corpus lumini obiectum et in contrariam partem umbram reddit. An tibi aliquid contradicendum videtur?

5 *A.* Mihi vero nihil. Sed quonam ista tendant, vehementer exspecto.

12. *R.* Atqui oportet patienter feramus, donec nobis ceteri sensus renuntient in veri similitudine habitare falsitatem. Nam et in ipso auditu totidem fere genera eveniunt
10 similitudinum: velut cum loquentis vocem, quem non videmus, audientes putamus alium quempiam, cui voce similis est; atque in deterioribus vel echo testis est vel tinnitus ille ipsarum aurium vel in horologiis merulae aut corvi quaedam imitatio vel quae sibi somniantes aut furentes videntur
15 audire. Falsae autem voculae, quae dicuntur a musicis, incredibile est quantum adtestantur veritati, quod post adparebit; tamen etiam ipsae, quod nunc sat est, non absunt ab earum similitudine quas veras vocant. Sequeris haec?

20 *A.* Et libentissime. Nam nihil laboro, ut intellegam.

deest E

1 oculos *Kac.* iudicia *R* 1sq. gere (!) ponitur. placet *K* 2 quod] q(ua)n(do) *J* (vel quod *m3sl.*) a *om.G* 3 luminibus *K* contraria parte *TDCHFNR* 4 umbra *K* aliquod *K* 5 mihi] *add.* videtur *K* quonam] quo *HKG* 7 R(atio) *om.B* atqui] at quia *BW*, at quin *D*, itaque *F* 8 et ceteri *QO* 9 in *om.QR* auditu] ambitu *B* genere *Tpc.KQac.* eveniunt] enuntiant *J*, veniunt *TDHKQac. edd.* 10 similitudinem *Cac.QJac.R* veluti *edd.* 11 audientis *KG* quempiam] *add.* loqui *Fuchs* voce] *om.O*, vocem *BQac.*, vox *R* 12 est atque] extat et *B*, est at et *KJG*, est at *TDCpc.QWO*, est et *H* vel echo] vel haec *B*, vel haec hoc *K*, veliccho *Hac.*, vel ex hoc *R* tinuitas *K* ille] vel *Qac.m2* 13 orolegiis *Cac.m3*, orelogiis *J*, ore legiis *K* merulac] munulae *K* corbi *KJ*, corbui *W* 14 quae] quo *B* 16 quanto *Bac.* veritatem *E* 17 apparuit *K* sat est] stat.et *B*, sat est nunc *edd.* 18 ab earum] aberunt *D* sequeris – 20 intellegam *Cm2mg.* 20 interlocutoris siglum *om.* *BTac.m2KN*

R. Ergo, ne moremur, videturne tibi aut lilium a lilio posse odore aut mel thyminum a melle thymino de diversis alveariis sapore aut mollitudo plumarum cyeni ab anseris tactu facile diiudicari?

A. Non videtur.

5

R. Quid? cum talia nos vel olfacere vel gustare vel tangere somniamus, nonne similitudine imaginum eo deteriore quo inaniore decipimur?

A. Verum dicis.

R. Ergo adparet nos in omnibus sensibus, sive aequalibus sive in deterioribus rebus, aut similitudine lenocinante falli aut, etiamsi non fallimur suspendentes consensionem seu differentiam dinoscentes, tamen eas res falsas nominare, quas verisimiles deprehendimus.

A. Dubitare non possum.

VII.13. *R.* Nunc adtende, dum eadem rursum recurrimus, quo fiat apertius quod conamur ostendere.

15

A. Ecce me, loquere quod velis. Nam ego circuitum

deest E

1 R(atio) *eras.B, om.TK* R(atio) videturne *Bpc.m2Tm2* a lilio] alio *BTDNac., om.K* 2 odorem *Hac.Cac.*, odorare *K*, odorari *W*, adorare *G* tyminum *BTDHQmING*, tymnium *K*, timinum *Qm2R*, tinminum *JW* tymino *BTDCHN*, tyminino *G*, tymnino *K*, thimino *Rac.O*, timino *Qm2*, timmino *JW*, timomino *Qm1* 3 sapore] sapere *Cac.*, saporari *Hpc.W*, soporari *O* mollitudo] multitudo *Cac.m3* cygni *BCHKQOR*, cigni *TDFWG*, cieni *J* 3sq. anserino actu *O* 4 diiudicare *R*, iudicari *HKJWGO* 5 A(ug.) *om.T* 6 R(atio) *om.T* qui *G* vel olfacere] veluti faecere (!) *B* 7 similitudinem *TKGac.* deteriore *Gac.* 8 inaniore] ore *K* 10 sive] quae *B* 11 in *om.CFNR* rebus *om.B* 12 fallimur *Jpc. edd.*, falletur *Jac. cet.* 13 seu] sive *J*, sed ut *K*, suae *Qac.m2* differentia *KG* 14 deprehendimus] nominamus *HQac.m2* 16 R(atio) *om.FR* nunc] nec *R* adtende dum] attendum *Hac.FRm1*, attendo dum *Rpc.m2* 18 interlocutoris siglum *om.TDCKFGR* ecce me *H, om.ael*, eccum me *QN p*, haec cum me *B*, et cum me *TDCKFWGOR*, mecum *J*, eccum *m* eloquere *ael* velis] vis *m* ego *om.K* circuitus *K*

istum semel statui tolerare neque in eo defetiscar spe tanta perveniendi, quo nos tendere sentio.

R. Bene facis. Sed adtende, utrum tibi videatur, cum ova similia videmus, aliquod eorum falsum esse recte nos
5 posse dicere.

A. Nullo modo videtur. Omnia enim, si ova sunt, vera ova sunt.

R. Quid? cum de speculo resultare imaginem videmus, quibus signis falsam esse comprehendimus?

10 *A.* Scilicet quod non tenetur, non sonat, non per se movetur, non vivit et ceteris innumerabilibus, quae prosequi longum est.

R. Video te nolle inmorari et properationi tuae mos gerendus est. Itaque, ne singula repetam, si et illi homines,
15 quos videmus in somnis, vivere, loqui, teneri a vigilantibus possent nihilque inter ipsos differret et eos, quos expergefacti ac sani adloquimur et videmus, numquidnam eos falsos diceremus?

A. Quo pacto istud recte diceretur?

20 *R.* Ergo si eo veri essent, quo veri simillimi adparerent, nihilque inter eos et veros omnino distaret, eoque falsi, quo

deest E

1 tolerare *om.BQ* 1sq. spectant apervenienda (!) *K* 2 perveniendo
R tendere] ostendere *Fac.* 3 *R(atio)] A(ug.) TDCG, H(omo) K*
R(atio) sed adtende *TDCK, A(ug.)* sed attende *WO* 3sq. cum ova]
comova *Cac.m3* 4 nos] non *DFWOR* 6 *A(ug.)] R(atio) WO* omnia]
omnino *Qpc.W* 8 *R(atio)] A(ug.) WO* resultare *om.KG* videmus
om.HQac.m2 9 falsum *NWO* 10 *A(ug.)] R(atio) WO, interlocutoris*
siglum om.BD 10sq. per se movetur] permovetur *K*, promovetur *G* 11
quae] quas *W* prosequi] persequi *CHKFGOR*, per se *N* 13 *R(atio)]*
A(ug.) D, om.BWO morari *JR* properatione tua *G* mos] mox *J* (vel
s m2sl.) 14 gerendum *DJac.* *R(atio)* itaque *D* singulare petam
QR repetantur *WO* 15 vivere] videre *B* 16 possint *FR* differre *D*,
differat *Rpc.m2* 17 loquimur *KG* 19 istuc *BTCTFQac.NWGO* 20 veri
alt.] veris *BCFR*, vero *Qpc.* apparent *KFQO* 21 eoque] eo quo *DK*

per illas vel alias differentias dissimiles convineerentur, nonne similitudinem veritatis matrem et dissimilitudinem falsitatis esse fatendum est?

A. Non habeo, quod dieam, et pudet me tam temerariae eonsensionis meae superioris.

5

14. R. Ridieulum est, si te pudet, quasi non ob idipsum elegerimus huiusmodi sermocinationes; quae, quoniam eum solis nobis loquimur, Soliloquia vocari atque inscribi volo, novo quidem et fortasse duro nomine, sed ad rem demonstrandam satis idoneo. Cum enim neque melius quaeri veritas possit quam interrogando et respondendo et vix quisquam inveniatur, quem non pudeat convinei disputantem, eoque paene semper eveniat, ut rem bene inductam ad diseutiendum inconditus pervicaciae clamor explodat, etiam cum laceratione animarum plerumque dissimulata, interdum et aperta, paeatissime, ut opinor, et commodissime plaecit a meipso interrogatum mihiq[ue] respondentem deo adiuvante verum quaerere. Quare nihil est quod vereare, sicubi temere te inligasti, redire atque resolvere; aliter hinc enim evadi non potest.

10
15
20

VIII.15. A. Reete dieis; sed quid male concesserim, non plane video, nisi forte id reete diei falsum quod habeat

deest E

1 similes *HQac.m2* convicerentur *H* 2 non *HQac.m2* veritatis – dissimilitudinem *om.BK* matrem] *om.IIQac.m2*, matre *R* 4 A(ug.)] R(atio) *K* quid *FQpc.J* *edd.* 5 meae superioris *om.K* 7 elegeremus *J* 8 nobis solis *O* solilo quia *K*, solis loquia *Rac.* atque] et *m* scribi *BTDKJWG* 10 enim *om.K* 11 vix *om.R* quisquam *elm*, unusquisque *R*, quisque *cet.pa* 12 a disputante *W*, at disputantem *O* 13 poene *BWO* 14 explodat] explorat *H* 16 apertissime *K* pactissime *J*, paccatis sine *Rac.* paccatissime – commodissime *om.K* ut *Cm2mg.* commotissime *J* 17 interrogato *D* respondente *B*, respondentem *D* 18 quare *om.D* vereare] -earis *CFJ*, -ear *KG*, vere aris *R*, -ear et *TD* 19 sicuti *B* te temere *edd.* 20 hinc *om.R* 21 A(ug.)] R(atio) *K*, *om.I* quid *om.O* concesserim] consenserim *H*

aliquam veri similitudinem, cum prorsus mihi nihil aliud
dignum falsi nomine occurrat. Et rursus tamen cogor fateri
eo falsa vocari quae vocantur, quo a veris differunt. Ex quo
conficitur eam ipsam dissimilitudinem causam esse falsita-
5 tis. Itaque conturbor; non enim mihi facile quicquam venit
in mentem, quod contrariis causis gignatur.

R. Quid, si hoc unum est in rerum natura genus et
solum quod ita sit – an ignoras, cum per animalium innu-
merabilia genera cucurreris, solum crocodilum inveniri, qui
10 superiorem in mandendo partem moveat? –, praesertim
cum paene reperiri nihil queat ita cuique rei simile, ut non
in aliquo etiam dissimile sit?

A. Video quidem ista; sed cum considero illud, quod
falsum vocamus, et simile aliquid habere veri et dissimile,
15 ex qua potius parte meruerit falsi nomen, non valeo discer-
nere. Si enim ex eo, quod dissimile est, dixero, nihil erit,
quod non falsum dici possit; nihil enim est, quod non alicui
rei dissimile sit, quam veram esse concedimus. Item, si
dixero eo, quod simile est, falsum adpellandum, non solum
20 ova illa reclamabunt, quae vera eo ipso sunt quo simillima,

deest E

1 aliquam] aliquid *D* cum *om. J* 2 dignum] lignum *D* falsum
KG occurrit *BT D H K J G*, occurritur *W*, occurrerit *N*, occurrerat *FR*
cogor] ergo *R* 3 vocantur] *add.* dissimilia *H m 3 sl.* deferunt *J*, differtur
R m 1, differuntur *H R pc. m 2* 5 mihi *om. R*, tibi *K* 6 mentem] *add.* quod
quicquam venit in mentem *K* in contrariis *FNOR* gignantur *G* 7
quod *Rac.* 8 sit] est *B* 9 cucurreris genera *G* corcodilum *Q m 1*,
corcodillum *R m 1*, corcodrillum *DC F J W O Q pc. m 2*, crocodillum
B H K N J m 2 sl. G R pc. m 2 10 superiore *K* moveatur *W* 11 poene *BJ*
reperire *B* queas *B pc. m 2* ita] tale *Q*, itaque *B m 1*, ita quod *B pc. m 2*
12 sit] est *K* 13 *A* (ug.)] Ratio *Q ac. m 2 G* ista] ita *H* 14 similem *T*
haberi *BT* veri *om. B* 15 partem eruerit *Q* meruit *BK* valet *K* 16
dissimile] difficile *Cac.* 17 potest *TD* est *om. B* 18 concedimus]
contendimus *J G* 19 quo *C N O R ac. m 2* est] esse *K* 20 ova] ob *K* vere
T

sed etiam sic non effugiam eum qui me coegerit falsa esse
omnia confiteri, quod omnia sibi ex aliqua parte similia esse
negare non possum. Sed fac me non metuere illud respon-
dere, similitudinem ac dissimilitudinem simul efficere, ut
aliquid falsum recte nominetur. Quam mihi evadendi viam 5
dabis? Instabitur enim nihilominus, ut omnia falsa esse
renuntiem; quippe omnia sibimet, ut supra dictum est, et
similia quadam ex parte et dissimilia reperiuntur. Restaret,
ut nihil aliud falsum esse dicerem, nisi quod aliter se haberet
atque videretur, ni vereretur illa tot monstra, quae me dudum 10
enavigasse arbitrabar. Nam eo rursus repellor vertigine
inopinata, ut verum id esse dicam, quod ita se habet ut
videtur. Ex quo confit sine cognitore nihil verum esse posse;
ubi mihi naufragium in scopulis occultissimis formidandum
est, qui veri sunt, etiamsi nesciantur. Aut, si verum esse id 15
quod est dixero, falsum non esse uspiam concludetur quovis
repugnante. Itaque redeunt illi aestus nec quicquam tanta
patientia morarum tuarum processisse me video.

IX.16. *R.* Adtende potius; nam nullo modo in animum
inducam frustra nos auxilium divinum implorasse. Video 20
enim temptatis quantum potuimus omnibus rebus non re-

deest E

1 cogerit *K* 3 non *alt. om. B* 4 similitudine *WG* dissimilitudine
WG 5 *R(atio)* quam *FR* quas *B* vias *B* 7 renuntiem] nuntiem
Cac.m2FOR, enuntiem *N* 8 quadam – dissimilia *om.TD* *H(omo)*
restaret *F*, *R(atio)* restaret *R* restat *HN* 9 ut] et ut *H*, ut et *D* habere
N, abieret *R* 10 ni] non *H*, nisi *DF* vererem *H* (effugerem *m2.sl.*)
tot] tam *G* qua *G* me *om.G* 11 eo] quo *TD* veragine *H*, vertiginem
K 12 inopina *BTDKQJac.G* id esse verum *O* quod] quid *D* 13
confit] conficitur *Bpc.Tm2mg.FNJRpc.m2 edd.exc.m*, cum fit *Qpc.*, cum
sit *H* cognitore] conditore *R* posse – 15 verum esse *Rm2mg.* 15
esse] *add.* posse *J* 16 falsum non esse falsum *W*, falsum esse non falsum
O non *om.F* concluditur *FNR* 17 reddunt *J* (vel redeunt *m2sl.*),
credunt *K* nequicquam *G* tantam *BT* 18 patientiam orarum *BTac.*,
add. h s. o *B* 19 *R(atio)*] *H(omo)* *F*, *om.T* in animum *BmI*, vel in
vanum *Bm.post.sl.* 20 *R(atio)* video *T*

mansisse quod falsum iure dieatur, nisi quod aut se fingit
 esse quod non est, aut omnino esse tendit et non est. Sed
 illud superius falsi genus vel fallax etiam vel mendax est.
 Nam fallax id reete dieitur, quod habet quendam fallendi
 5 adpetitum; qui sine anima intellegi non potest, sed partim
 ratione fit, partim natura; ratione in animalibus rationali-
 bus, ut in homine; natura in bestiis, tamquam in vulpeeula.
 Illud autem, quod mendax voeo, a mentientibus fit. Qui hoc
 differunt a fallacibus, quod omnis fallax adpetit fallere; non
 10 autem omnis vult fallere, qui mentitur; nam et mini et
 eomoediae et multa poemata mendaciorum plena sunt de-
 leetandi potius quam fallendi voluntate et omnes fere, qui
 ioeantur, mentiuntur. Sed fallax vel fallens is reete dieitur,
 cuius negotium est, ut quisque fallatur. Illi autem, qui non
 15 id agunt ut decipiant, sed tamen aliquid fingunt, vel men-
 daces tantum vel si ne hoc quidem, mentientes tamen vo-
 eari nemo ambigit. Nisi quid habes adversus ista quod
 dieas.

17. A. Perge, quaeso; nunc enim fortasse de falsis non
 20 falsa docere coepisti. Sed iam genus illud exspecto, quale sit
 quod, <ut> dixisti, esse tendit et non est.

R. Quidni exspectes? Eadem illa sunt, quorum multa
 supra memoravimus. An non tibi videtur imago tua de

deest E

I iure dicatur] iudicatur *Cac.FR* quod *alt.*] quia *WO* aut] ad *G*
 finget *G* 2 tendit esse *B* 3 etiam] enim *D* mentax *J* est
om.WGORm2sl. 4 habet] ad *N* 5 qui] quod *Hpc.* 6 fit] sit *K* in
Rm2sl. animabus *Wac.* rationabilibus *FNG* 8 voco] vocatur *B*
 mentibus *Bac.m2* fit - 9 fallacibus *Bm2mg.* 9 differtur *Rac.* omnibus
K 13 is] iste *J*, his *Qac.R* 14 quisquis *B* fallitur *Bac.K* illa *Qm1*,
 illos *Qpc.m2*, illud *Cac.R* 15 ut *om.B* decipiare *BKQac.m2NG*,
 decipiaris *II* aliquid] aliud *J* (vel aliquid *m2sl.*) 17 adversum *KJRG*
 quod] quid *KG* 19 A(ug.) *om.T* enim] ergo *WGO* 20 caepisti *OR* illud
 genus *lm* 21 ut *add.Fuchs* 22 quinni *Cac.m3HNO*, quid me *J* (vel ne
m3sl.), quid nisi *K*

speculo quasi tu ipse velle esse, sed ideo esse falsa, quod non est?

A. Valde hoc videtur.

R. Quid? omnis pictura vel cuiuscemodi simulacrum et id genus omnia opificum, nonne illud esse contendunt, ad cuius quidque similitudinem factum est? 5

A. Prorsus adducor.

R. Iam ea, quibus vel dormientes vel furentes falluntur, concedis, ut opinor, in eo esse genere.

A. Et nulla magis; nam nulla magis tendunt talia esse, qualia vel vigilantes vel sani cernunt, et eo tamen falsa sunt, quo id, quo tendunt, esse non possunt. 10

R. Quid iam de turrium motu vel de merso remo vel de umbris corporum plura dicam? Planum est, ut arbitror, ex hac regula esse metienda. 15

A. Planissimum.

R. Taceo de ceteris sensibus; nam nemo considerans non hoc inveniet, falsum adpellari in rebus ipsis, quas sentimus, quod esse aliquid tendit et non est.

X.18. *A.* Recte dicis. Sed miror, cur ab hoc genere tibi secernenda illa poemata et ioca visa sunt ceteraeque fallaciae. 20

deest E

1 esse *pr.*] est *K* falsam *O* 3 *A*(*ug.*) valde – 6 est *Dm3mg.* 4 quod *Cac.HRac.* pietus *B* cuius comedi *Cac.m3* 5 omne *CFNOQpc.m2R*, vel omne *Jm2sl.* non *Qac.m2* 6 quodque *B*, quisque *Hac.WG* 8 *R*(*atio*) *om.B* ad ea *Bpc.* fallunt *O* 9 *R*(*atio*) concedis *Bac.* 10 interlocutoris siglum *om.BTN* nam nulla magis *om.BCac.* *m3FNO* tenduntur *G* 11 qualia] quia *Bm1* (quam quae *m2sl.*) cernuntur *G* 12 quo *pr.*] quod *BKQac.m2JG* quo *alt.*] quod *FQpc.m2R edd.*, qui *D* quo tendunt] contendunt *Cac.m3* possint *R* 13 *R*(*atio*) *om.BTN*, *A*(*ug.*) *G* motum *Bac.K* de demerso *J*, diverso *Cac.m2* 14 planum] plenum *H* e *B* 15 mentienda *HQac.G*, mentiendam *K* 16 *A*(*ug.*) *om.T* 17 *R*(*atio*) *om.T* nemo] bene *R*, ne me *O* 18 *H*(*omo*) ipsis *K* 20 *A*(*ug.*)] *R*(*atio*) *K* eur, quur *codd.promiscue (sim.saepe)* ab] ob *D* 21 ioca] loca *N*, ioci *Bpc.* visa *om.O* ceteraeque] alieque *WG*, ceteraque *Q*, ceteramque *K*

R. Quia scilicet aliud est falsum esse velle, aliud verum esse non posse. Itaque ipsa opera hominum velut comoedias aut tragoedias aut mimos et id genus alia possumus operibus pictorum fictorumque coniungere. Tam enim verus esse
 5 pictus homo non potest, quamvis in speciem hominis tendat, quam illa, quae scripta sunt in libris comicorum. Neque enim falsa esse volunt aut ullo adpetitu suo falsa sunt, sed quadam necessitate, quantum fingentis arbitrium sequi potuerunt. At vero in scena Roscius voluntate falsa Hecuba
 10 erat, natura verus homo, sed illa voluntate etiam verus tragoedus eo videlicet, quo implebat institutum, falsus autem Priamus eo, quod Priamum adsimilabat, sed ipse non erat. Ex quo iam nascitur quiddam mirabile, quod tamen ita se habere nemo ambigit.

15 *A.* Quidnam id est?

R. Quid putas, nisi haec omnia inde esse in quibusdam vera, unde in quibusdam falsa sunt, et ad suum verum hoc solum eis prodesse, quod ad aliud falsa sunt? Unde ad id, quod esse aut volunt aut debent, nullo modo perveniunt, si
 20 falsa esse fugiunt. Quo pacto enim iste, quem commemoravi,

deest E

1 qua *G* 3 aut *pr.*] *add.* composita fabula sive causa *R* tragoedias *B*, tragoedias *J*, traguedias *K* aut *alt.*] atque *J* alia] aliis *Bpc.m2*, qualia *R* possumus] non possumus *J*, posuimus *Rpc.*, non possumus *H* 4 fimentorumque *D* tam – 5 homo *om.R* tam] tamen *BHac.WO* enim *om.WO* verum *D* 5 specie *HKJG*, -iae *Q* hominis] *add.* plus *Bm3sl.*, *add.* magis *Rm2sl.* 6 sunt scripta *codd.exc.TD* 7 illo *Hac.*, ulla *N* 8 fingentis] fugientis *B* 9 at] aut *TD* ruscus *K*, roscis *Jac.* haecuba *CKFNJGO*, haecuba *HQpc.m2* 9sq. Hecuba erat] hecuberat *BT*, haecuberat *Qac.m2* 11 implebant *Bac.* 12 quo *CQac.* adsimulabat *Qm1R*, *add.* vel i *Qm2sl.* 14 haberet *K* ambiget *Cpc.G* 15 A(ug.) *om.T* quinnam *Cac.* id est] idem *Qac.m2* 16 R(atio) *om.T* ni *K* quibusdam] quodam *B* 17 ad *om.DKRO* 18 quod] *add.* sunt *G* aliud *WGOQpc.m2*, alius *K*, alios *Qm1 cet.* 19 volunt aut] voluntate ut *WO* debent] vel tendunt *Jm2sl.* 20 fugiunt] fiunt *Bm1* (finguntur *pc.m3*) enim pacto *J*

verus tragoedus esset, si nollet esse falsus Hector, falsa Andromacha, falsus Hercules et alia innumera? aut unde vera pictura esset, si falsus equus non esset? unde in speculo vera hominis imago, si non falsus homo? Quare, si quibusdam, ut verum aliquid sint, prodest, ut sint aliquid falsum, 5 cur tantopere falsitates formidamus et pro magno bono adpetimus veritatem?

A. Nescio et multum miror, nisi quia in exemplis istis nihil imitatione dignum video. Non enim tamquam histri- 10 ones aut de speculis quaeque relucencia aut tamquam 'Myronis bucula ex aere', ita etiam nos, ut in nostro quodam habitu veri simus, ad alienum habitum adumbrati atque adsimilati et ob hoc falsi esse debemus, sed illud verum quaerere, quod non quasi bifronte ratione sibi- 15 adversante, ut ex aliqua parte verum sit, ex aliqua falsum est.

R. Magna et divina quaedam requiris. Quae tamen si invenerimus, nonne fatebimur his ipsam confici et quasi

11 Cic. Verr. 4,135 (Hagendahl, Test. 107)

deest E

1 tragoedus *K* esse falsus *Bm2mg.* haector *TDHQNWGO* 2 andromaca *K*, -ace *J* herculis *H*, ercules *R* innumerabilia *Jpc.* 3 aequus *W* 4 hominis] omnis *FR* 5 sint *pr. et alt.*] sit *G* 8 in] iam *R* 9 hystriones *B*, istriones *Rpc.*, striones *KJWO* 10 relucencia *D*, perlucencia *Cm1R*, vel re *Cm3sl.* 11 Myronis] mir- *BTNOGR*, minonis *D*, minores *J* (vel mironis vel mirionis *m2mg.*), in hyro (!) *H* (*praecedat ras. complurium litt.*) buculae *KJG m*, bacula *Nac.R*, buccila *O* 12 veri] viri *Cac.m2N*, aeris *T* sumus *HWGO* 13 assimulati *Bac.*, adsimulati *TKQ* (vel i *Qsl.*), similati *JR* et *om.G* 14 quod] qui *Hsl.* qua sibi fronte *BCKF*, qua sibi fronti *G*, quas ibi fronte *T* bifronte] fronte *HQm1WO*, bifronti *Qpc.m2* 15 adversanti *WGO* aliqua *pr. et alt.*] alia *BHKQJWGO* 16 est] sit *WGOQpc.m2 m* 18 inveniremus *B* fatebimur] fatemur *K*, *add.* si invenerimus *N* iis *R* et] ac (at *ac.*) *H*

conflari veritatem, a qua denominatur omne, quod verum quoquo modo nominatur?

A. Non invitus adsentior.

XI.19. *R.* Quid tibi ergo videtur? Disciplina disputandi
5 verane an falsa est?

A. Quis dubitet veram? Sed vera est etiam grammatica.

R. Itane ut illa?

A. Non video, quid sit vero verius.

10 *R.* Illud profecto, quod nihil falsi habet; quod intuens paulo ante offendebare his rebus quae nescio quomodo, nisi falsae essent, verae esse non possent. An ignoras omnia illa fabulosa et aperte falsa ad grammaticam pertinere?

A. Non ignoro istud quidem; sed, ut opinor, non per
15 grammaticam falsa sunt, sed per eam, qualiacumque sunt, demonstrantur; siquidem est fabula compositum ad utilitatem delectationemve mendacium. Est autem grammatica vocis articulatae eustos et moderatrix disciplina; cuius professionis necessitate cogitur humanae linguae omnia etiam
20 figmenta conligere, quae memoriae litterisque mandata sunt, non ea falsa faciens, sed de his veram quandam docens adserensque rationem.

deest E

1 veritate *K* verum] *add.* est *TDC* 2 quoque *K* 4 *R*(atio) *om.* *J*
ergo tibi *Jac.* videtur ergo *G* disciplinam *Qac.* *K* 5 est *om.* *G* 6
A(ug.)] *R*(atio) *G* dubitet] *add.* esse *H* *A*(ug.) sed *G*, *R*(atio) sed
DCKFWGOR 8 *R*(atio) *om.* *DCKFWGOR* ita *J* ut] tu *Qac.m2* 9
A(ug.) *om.* *T* vere *Hac.Qac.m2*, vera *G* verius] veritas *G* 10 *R*(atio)]
A(ug.) *D*, *om.* *J* quod *pr.*] quo *Rac.m2* habet falsi *G* 10sq. paulo ante
intuens *O* 11 offendebare *CFJpc.O*, offendebaris *R*, offendebar *Jac.cet.*
e his *B*, ex his *T*, in his *H* 12 falsa *DCHQJNG*, vel e *Jsl.* vera
BKFQJNWG *R*(atio) an ignoras *DJ* 13 et *om.* *R* 14 non istuc ignoro
C istud *HKQJR*, istuc *cet.* 15 ea *D* 16 *R*(atio) si quidem *T* 17
delectationem vel *K* 18 et] hac *R* disciplinae *WG* 18sq. necessitatem
profess- *W*, necessitate profess- *G* 19 cogetur *HQac.* etiam] enim *H*

R. Recte sane. Nihil nunc curo, utrum abs te ista bene definita atque distincta sint, sed illud quaero, utrum hoc ita esse ipsa grammatica an vero illa disciplina disputationis ostendat.

A. Non nego vim peritiamque definiendi, qua nunc ego 5
ista separare conatus sum, disputatoriae arti tribui.

20. *R.* Quid ipsa grammatica? nonne, si vera est, eo vera est, quo disciplina est? Disciplina enim a discendo dicta est; nemo autem, quae didicit ac tenet, nescire dici potest et nemo scit falsa. Omnis ergo vera est disciplina. 10

A. Non video quidem, quid in ista ratiuncula temere concedatur. Movet me tamen, ne per istam cuipiam videatur etiam illas fabulas veras esse; nam et has discimus et tenemus.

R. Numquidnam magister noster nolebat nos credere, 15
quae docebat, et nosse?

A. Immo vehementer ut nossemus instabat.

R. Numquid aliquando institit, ut Daedalum volasse crederemus?

A. Hoc quidem numquam. Sed plane, nisi teneremus 20
fabulam, vix nos posse aliquid manibus tenere faciebat.

deest E

1 R(atio)] A(ug.) *T* curro *Q* ista] ita *BK* 2 definita, difinita (diff-) *codd.promiscue (sim.saepe)* sunt *Qac.Jpc.G* 3 vera *DR* 5 A(ug.) *om.T* non nego] non ego *Cac.m2FQac.GR*, nonne ego *KJac.O*, num ego *N* nego vim] negotium *TD* vim] iam *RmI* (artem *add.m2sl.*) qua] quia (que *ac.*) *B* 6 ista] ita *K* tribuo *R* 7 quod *Bac.* vera est *om.J* eo] et *R* 8 quod *BQac.R* 9 autem] enim *N* quae] quam *CFR*, vel quae *Cm3sl.* tenet ac didicit *O* nesciri *DK* 10 scit] sit *D* ergo omnis *CENR* 11 quod *Cac.* 12 tamen me *J* ista *W* quippiam *CmI* (cuipiam *m3sl.*) 12sq. videatur] *add. ratiuncula Wmg.* 13 fabulas *om.H*, *add.Qm2sl.* vera *J* didicimus (ded- *J*) *TDFJNR* et] vel *R*, *om.J* 15 R(atio) *om.BCKJWGO* 17 sigla interlocutorum *om.codd. exc.DNQac.* 18 R(atio) *om.THFR* numquid *Cpc.WO*, num *Cac.cet.* tedalium *K* 19 credemus *R* 20 A(ug.) *om.T* R(atio) sed plane *FRac.* plene *K*

R. Tu ergo negas verum esse, quod ista fabula sit et quod ita sit Daedalus diffamatus?

A. Hoc non nego verum esse.

R. Non negas ergo te didicisse verum, cum ista didiceris. Nam si volasse Daedalum verum esset et hoc pueri proficta fabula acciperent atque redderent, eo ipso falsa retinerent, quo vera essent illa, quae redderent. Hinc enim existit illud, quod superius mirabamur: de volatu Daedali veram fabulam esse non potuisse, nisi Daedalum volasse
10 falsum esset.

A. Iam teneo istud; sed quid ex eo proficiamus, exspecto.

R. Quid, nisi non esse falsam illam rationem, qua conlegimus disciplinam, nisi vera doceat, disciplinam esse non
15 posse?

A. Et hoc quid ad rem?

R. Quia volo dicas mihi, unde sit disciplina grammatica; inde enim vera est, unde disciplina est.

A. Nescio, quid tibi respondeam.

R. Nonne tibi videtur, si nihil in ea definitum esset, nihil in genera et partes distributum atque distinctum, eam
20 nullo modo disciplinam esse potuisse?

deest E

1 R(atio) om.TF 2 ita] ista B dedalis K defamatus J 4 te om.KR verum didicisse WG 5 dedalium KR esset] est lm. esse D, add. dedalium verum esse K et om.G 6 acciperent] add. per te R redderent] vel riderent Jm2sl. 7 reddiderunt Tm2mg.D, riderent Jpc. hic DHFQac.m2G existit TDCFNR 9 veram edd., libere B, vere cet. 10 esset – 11 pro(ficiamus) Rm2mg. 11 istuc O proficiamus] faciamus Rac.m2 13 esset K quam N colligimus BCac.FJNR 14 disciplinam – doceat om.HFQac.m2R nisi – disciplinam Cm2mg.inf. veram D, vero T esse] add. falsam Rm2sl. 17 sit] est B, add. vera Qm2sl. 18 inde] unde K 20 R(atio) om.F esset] add. et FNR edd. exc.p 21 distributum] definitum H distinctum] disiunctum H eam FNR aelm, om.cet.p 22 disciplina TDKJG

A. Iam intellego quid dicas; nec ulla mihi occurrit cuiusvis facies disciplinac, in qua non definitiones ac divisiones et ratiocinationes, dum quid quidque sit declaratur, dum sine confusione parti sua cuique redduntur, dum nihil praetermittitur proprium, nihil adnumeratur alienum, totum hoc ipsum, quo disciplina dicitur, egerint. 5

R. Ergo et totum ipsum, quo vera dicitur.

A. Video consequi.

21. R. Responde nunc, quae disciplina contineat definitionum, divisionum partitionumque rationes. 10

A. Iam superius dictum est hacc disputandi regulis contineri.

R. Grammatica igitur eadem arte creata est, ut disciplina et ut vera esset, quae est abs te superius a falsitate defensa. Quod non de una grammatica mihi licet concludere, sed prorsus de omnibus disciplinis. Nam dixisti vereque dixisti nullam disciplinam tibi occurrere, in qua non definiendi vis atque distribuendi id ipsum, ut disciplina sit, 15

deest E

1 interlocutoris siglum om.FR occurrit mihi WG 2 quo K ac] et H 2sq. ac divisiones om.G 3 ratiocinationes] add. sint Rm2sl., rationationes Tac., rationes Fac. quid quidque BC, quid quae H, quidquid R, quicquidque NJ, quicquid quae cet. sit] sic R 4 confessione Qac.m.al. parti sua cuique TDCFGR, parti suae cuique WO, partis suae vique H, partis sua cuique Qm1 p, partes suae cuique Qpc.m2, partis vacuique K, partis vacue que B, partium sua cuique N aelm redduentur B, reddentur Gac. 5 praetermittuntur Tac. adnumerat G alienum] add. donec N 5sq. totum om.FOR 6 quod BJW egerit TDRpc., vel fecerint Jm2sl. 7 R(atio) om.BTDFJR quo] quoque HQ, quod B 8 A(ug.)] R(atio) FR, interlocutoris siglum om.TDKJWGO 9 R(atio) om.TKFWGO qua G contigeat Rac.m2 definitionem TGac., definitione D 10 divisionumque B partitionumque om.B 11 A(ug.)] R(atio) T superius KJWG, supra cet. 12 continere R 13 grammatica R(atio) igitur D ad eandem artem R 14 et ut om.KJG qua BTDK, quam G 16 vera quae HQac. 17 in qua non] in quando (tum s. do) Qac.m2 18 vis] ius F edd.exc. p

fecerit. At, si eo verae sunt, quo sunt disciplinae, negabitne quispiam veritatem ipsam esse, per quam omnes verae sunt disciplinae?

A. Prope est omnino, ut adsentiar. Sed illud me movet,
5 quod etiam rationem disputandi inter easdem disciplinas numeramus. Quare illam potius esse existimo veritatem, qua et ista ipsa ratio vera est.

R. Optime ac vigilantissime. Sed non negas, ut opinor, eo veram esse, quo disciplina est.

10 *A.* Immo id ipsum est, quod me movet. Adverti enim etiam ipsam disciplinam esse et ob hoc veram dici.

R. Quid ergo? istam putas aliter disciplinam esse potuisse, nisi omnia in ea definita essent et distributa?

A. Nihil aliud habeo quod dicam.

15 *R.* At, si ad eam pertinet hoc officium, per seipsam disciplina vera est. Quisquamne igitur mirum putabit, si ea, qua vera sunt omnia, per se ipsam et in seipsa vera sit veritas?

A. Nihil mihi obstat, quominus recta pergam in istam
20 sententiam.

deest E

1 quod *BDR* negavitne *BHKG* 2 ipsam] *add.* ipse *G* 4 esto *N*
6 quare] quae *TD* illa *D* existimo esse *TD edd.* 7 ista *om.D* 8
R(atio) om.B optime omnino *edd.* ac] et *Qpc.m2* sed *om.B* 9 quod
BKQac.GR est *om.K* 10 *A(ug.) om.T* movit *BHac.Qac.* adverti *D*
11 dicit *K* 12 *R(atio) om.T* *R(atio)* quid – esse *om.G* quod *J* (vel
quid *m2sl.*) 13 omnia nisi *K* in ea omnia *WG*, in ea *om.H* 14 habeo
aliud *WG* 15 *R(atio) om.BT* at] et *B* se ipsa *BTDFNG* 16 *R(atio)*
quisquamne *T*, *H(omo)* quisquamne *FR* miram *KG* putavit *BCac.HK*
17 qua] quae *KW*, quo *HQac.* per se ipsa *codd.*, per se ipsam *om.p* et
Qm2 in se ipsa *J*, *om.BHQM1*, in ipsa *KG*, ipsa *Qm2 cet.* 17sq. vera
veritas sit (veritas vera sit *ac.*) *J* 18 veritas *om.WO*, *exp.Q* 19 *A(ug.)*
R(atio) F, *om.T* obstat] optat *Qac.m2* rectam *D*, recte *Qpc.JG*

XII.22 *R.* Ergo adtende pauca quae restant.

A. Profer, si quid habes, modo tale sit, quod intellegam libenterque concedam.

R. Esse aliquid in aliquo, non nos fugit duobus modis dici: uno, quo ita est, ut etiam seiungi atque alibi esse 5 possit, ut hoc lignum in hoc loco, ut sol in oriente; altero autem, quo ita est aliquid in subiecto, ut ab eo nequeat separari, ut in hoc ligno forma et species quam videmus, ut in sole lux, ut in igne calor, ut in animo disciplina, et si qua sunt alia similia. An tibi aliter videtur? 10

A. Ista quidem vetustissima nobis sunt et ab ineunte adulescentia studiosissime percepta et cognita; quare non possum de his interrogatus quin ea sine ulla deliberatione concedam.

R. Quid illud? nonne concedis, quod in subiecto est 15 inseparabiliter, si subiectum ipsum non maneat, manere non posse?

A. Hoc quoque video necessarium. Nam manente subiecto posse id, quod in subiecto est, non manere, quisquis diligenter res advertit, intellegit. Siquidem huius corporis 20 color potest vel valetudinis ratione vel aetate inmutari, cum ipsum corpus necdum interierit. Et hoc non peraeque

deest E

1 R(atio) *om.* *TFR* 2 quod] quid *K* 3 libenterque] libenter quod *R* 4 R(atio) *post* aliquo *tr.* *KWGO* 5 se iungi *F* 6 lignum in hoc *om.* *FR* 7 quod *KG* ut *om.* *K* 9 ut *pr.*] et *D*, *om.* *B* in *alt.* *om.* *K* ut *alt.*] et *D* 10 alia] talia *CFR* similia *WGO*, *om.* *cet.* 11 sunt nobis *edd.* ineunte] iuventae *Jac.* (iniunte *pc.*) 12 adulesc-, adulisc-, adolesc- *codd.promiscue* (*sim.saepe*) 13 qui In *Bac.*, vel quine *Jm2mg.* ea] et *D* ulla] illa *H* (vel u *sl.*) 15 R(atio) *eras.* *T* concedes *N* est] *add.* et *H* 16 si] sibi *K* non ipsum *FG* 18 A(ug.)] R(atio) *T* 20 res *om.* *B* res diligenter *O* R(atio) siquidem *D* 21 calor *Jac.* valit- et valet- *codd.promiscue* rationem *Tac.* *DK* 22 A(ug.) et hoc *D* per ea quae *TJ*, pereque *Jsl.*, parae quae *Q*, perreque *D*

in omnibus valet, sed in his, in quibus non, ut sint ipsa subiecta, ea, quae in subiectis sunt, coexistunt. Non enim, ut sit iste paries paries, hoc colore fit, quem in eo videmus, cum etiam, si quo casu nigrescat aut albescat vel aliquem
 5 alium mutet colorem, nihilominus tamen maneat paries ac dicatur. At vero ignis si calore careat, ne ignis quidem erit nec nivem vocare nisi candidam possumus.

XIII.23. Illud vero quod interrogasti, quis non concesserit? aut cui posse fieri videatur, ut id, quod in subiecto est,
 10 maneat ipso intereunte subiecto? Monstruosum enim et a veritate alienissimum, ut id, quod non esset, nisi in ipso esset, etiam, cum ipsum non fuerit, possit esse.

R. Illud igitur, quod quaerebamus, inventum est.

A. Quid narras?

15 *R.* Id quod audis.

A. Iamne ergo liquido constat animum esse immortalem?

R. Si ea quae concessisti vera sunt, liquidissime; nisi forte animum dicis, etiamsi moriatur, animum esse.

deest E

1 sunt *Wac.OR* ipsa sint *WG* 2 ea *om.H*, add. *Jsl.Qm2sl.* coexistunt] eo exist- *Cac.m2FNWOR*, quo exist- *DHQac.m2* 3 ut *om.T* paries *alt.*] *Rm2sl.*, *om.D* fit] sit *K* 4 cum] quo *G* (quum *pc.*) etiam] eo *B* nigrescat] grescat *K* 4sq. alium aliquem *CFNWOR* 5 tamen *om.R* 6 at] aut *B*, ac *K* careat] aut *B*, caret *Q* ne] nec *Tpc.Opc.* 7 vocarem *B* 8 R(atio) illud *G* qui *B* non *CFNWOR*, *om.cet.* 9 in *Hm3sl.* est] sit *J* est - 10 subiecto *om.B* 10 monstruosum *BCFQac.NO-Rac.* 11 veritate] varietate *N* alienissimum] add. est *Qm2sl. edd.* 13 R(atio)] A(ug.) *CG*, H(omo) *K*, *om.BT* 14 A(ug.)] R(atio) *KG* 15 R(atio)] A(ug.) *G*, H(omo) *K* id] hoc *D* (hic *ac.*) 16 A(ug.)] R(atio) *KG*, *om.JW* iam nec *TD* liquido] aliquando *H*, a liquido *Qm1* (ad liquidum *pc.m2*) 18 R(atio) *om.BTDKJWGO* sint *Im* R(atio) liquidissime *DO*, A(ug.) liquid- *JW* R(atio) nisi *W* 19 animum *alt. om.R*

A. Numquam equidem hoc dixerim; sed eo ipso, quo interit, fieri ut animus non sit, dico. Nec me ab hac sententia revocat, quod a magnis philosophis dictum est, eam rem, quae, quocumque venerit, vitam praestat, mortem in se 5
admittere non posse. Quamvis enim lumen, quocumque intrare potuerit, faciat id lucere tenebrasque in se propter memorabilem illam vim contrariorum non possit admittere, tamen exstinguitur locusque ille exstincto lumine tenebratur. Ita illud, quod tenebris resistebat, neque ullo modo in 10
se tenebras admisit et sic eis intereundo locum fecit, ut poterat etiam discedendo. Itaque timeo, ne mors ita contingat corpori ut tenebrae loco, aliquando discedente animo ut lumine, aliquando autem ibidem exstincto, ut iam non de omni morte corporis securitas sit, sed aliquod genus mortis 15
sit optandum, quo anima ex corpore incolumis educatur perducaturque ad locum, si est ullus talis locus, ubi non possit exstingui. Aut, si ne hoc quidem potest atque in ipso corpore anima quasi lumen accenditur nec alibi potest durare omnisque mors est exstinctio quaedam animae in corpore vel vitae, aliquod genus eligendum est, quantum homo 20
sinitur, quo id ipsum, quod vivitur, cum securitate ac tran-

3–5 cf. Plat. Phaed. 105d

deest E

1 A(ug.)] R(atio) BTJ quod DKJ 2 animum D ne KOac.
sentia T, semna R 3 philosophis Q ea B res Bpc. 4 quocumque]
quoque B 5 ammittere BD (sim.saepius), amittere KR 7 vim] vero R
(rationem pc.sl.) contrarium K 10 se om.G tenebris G sic] si Bpc.
facit H ut om.B 11 discedendo R, discendo Cac.m2Qac. itaque]
iamque O, vel iamque Qm2sl. continguat J 12 loco] luci N aliquando
– 13 lumine om.TD 13 autem exp.Q, om.N non iam B non om.WO
14 mortis] cordis B 15 sit om.CFN quod K animo H incolomis,
incolumis codd.promiscue 16 est] et B locus] add. sit Bm2 19 in
corpore animae O 20 eleg- H 21 quo idipsum elm, quod ipso R, quod
ipsum cet. pa ipsum – tranquillitate Gmg. quod lm, quo codd.pae

quillitate vivatur, quamquam nescio, quomodo istud possit, si anima moritur. O multum beatos, quibus, sive ab ipsis sive abs quolibet, non esse metuendam mortem, etiamsi anima intereat, persuasum est! At mihi misero nullae adhuc

5 rationes, nulli libri persuadere potuerunt.

24. *R.* Noli gemere, immortalis est animus humanus.

A. Unde hoc probas?

R. Ex his quae cum magna cautione, ut arbitror, superius concessisti.

10 *A.* Nihil quidem me minus vigilanter interroganti tibi meminisse dedisse. Sed conlige iam ipsam summam, oro te; videamus, quo tantis ambagibus pervenerimus, nec me iam interrogares volo. Si enim ea breviter enumeraturus es, quae concessi, quonam rursus responsio mea desideratur? An ut
15 moras gaudiorum mihi frustra inferam, si quid boni forte confecimus?

R. Faciam quod te velle video, sed adtende diligentissime.

A. Loquere iam; quid enecas?

deest E

Isq. possit fieri *m* 2 si anima – quibus *Gmg.* *A(ug.)* o multum *TJ*, *H(omo)* o multum *B* 3 abs] a *Nac.*, absque *K* mortem] mentem *B* 4 est] constat *K* misero] *add.* quod *Bm2* 5 persuaderi *Q* 8 iis *lm* cautione] questione *TD* 10 *A(ug.) om.O* 11 oro te summam *T* *A(ug.)* oro te *O* te] *add.* ut *Bm2sl.* 12 *R(atio)* videamus *D* perveniremus *H* iam me *TDFNWGOR* 13 ea si enim *Jac.* enumeratus *H* 14 quonam] quoniam *BCKQGR*, quonam *Qm2mg.*, vel quonam *Cm3mg.*, quid *J* desiderantur *Q* (deseratur *m2mg.*) 15 inferas *Rac. lm* *R(atio)* si quid *B* forte boni *FR*, fortasse boni *O* 17 *R(atio)* *om.BD* 19 *A(ug.) om.D* iam] nam *Rouen 469*, *add.* quid sum *G*, hic sum *Rouen 469 m* qui *J* quid enecas *om.G Rouen 469* enecas] enegas *Cac.W*, negas *RmI pae*, necas *FRpc.m2*, enicas *BHac.Qac.Npc.*, encicas *J*, en hic dicas *K*, hinc *D*, enitar *p*

R. Omne, quod in subiecto est, si semper manet, ipsum etiam subiectum maneat semper necesse est. Et omnis in subiecto est animo disciplina. Necesse est igitur semper animus maneat, si semper manet disciplina. Est autem disciplina veritas et semper, ut in initio libri huius ratio persuasit, veritas manet. Semper igitur animus manet nec *<umquam>* animus mortuus dicitur. Inmortalem igitur animum solus non absurde negat, qui superiorum aliquid non recte concessum esse convincit.

XIV.25. *A.* Iam me volo in gaudia mittere, sed duabus aliquantum revocor causis. Nam primum me movet, quod circuitu tanto usi sumus, nescioquam rationum catenam sequentes, cum tam breviter totum, de quo agebatur, demonstrari potuerit quam nunc demonstratum est. Quare me sollicitum facit, quod tam diu quasi ad insidiandum obambulavit oratio. Deinde non video, quomodo in animo semper sit disciplina, praesertim disputandi, cum et tam pauci eius gnari sint et quisquis eam novit, tanto ab infania tempore fuerit indoctus. Non enim possumus dicere aut imperitorum animos non esse animos aut esse in animo eam quam nesciant disciplinam. Quod si vehementer absurdum

deest E

1 R(atio) *om.D* si – 3 est *pr. om.D* 2 subiectum] *add. ut Bm2sl.*
 et – 3 igitur *om.HQac.m2* 3 igitur] *add. ut Bm2mg.* semper] *add. ut G m* 4 si semper manet *om.G* manet *edd.*, maneat *codd.* 5 semper] *add. et Bm2sl.Nsl.* in *om.THKJWG* 7 umquam *add.Fuchs* 8 aliquid – 10 sed *Qm2mg.* 9 concensum *B* 10 iam me] *iamne F* mittere] *dimitteres B, dimittere CF pae, demittere N, admittere R* 11 revoco *N* primum emovet *Bac.* me *om.J* 12 rationem *Cac.m2KN*, ratiocinationum *lm* catenatam *N* 13 demonstrare *Qac.* 14 potuerit *lm*, potuit *codd. pae* 15 facis *Cac.m3FNR* quid *Rpc.* insidiendum *J* 17 sit *om.K* et *om.C* et tam] *etiam B* 18 ignari *TQac.Rac.* eam *om.H* tanto] *vel toto Bmg.* 19 fuit inductus *B* docere *J* (vel dicere *m2sl.*) 20 non esse animos *Bm2sl.* eam *om.J* 21 nesciat *J*, nesciunt *Bpc.m2F* absurdum *KJOpc.*, absortum *Qac.m2*

est, restat, ut aut non semper <in animo> sit veritas, aut disciplina illa veritas non sit.

26. *R.* Vides, quam non frustra tantos circuitus egerit nostra ratiocinatio. Quaerebamus enim, quid sit veritas,
 5 quod ne nunc quidem in hac silva rerum omnibus paene callibus oberratis video nos investigare potuisse. Sed quid facimus? an incepta omittimus et exspectamus, ecquid nobis librorum alienorum in manus incidat, quod huic quaestioni satisfaciat? Nam et multos ante nostram aetatem
 10 scriptos esse arbitror, quos non legimus, et nunc, ut nihil, quod nescimus, opinemur, manifestum habemus et carmine de hac re scribi et soluta oratione et ab his viris, quorum nec scripta latere nos possunt, et eorum ingenia talia novimus, ut nos in eorum litteris, quod volumus, inventuros despe-
 15 rare non possimus, praesertim cum hic ante oculos nostros sit ille, in quo ipsam eloquentiam, quam mortuam dolebamus, perfectam revixisse cognovimus. Illene nos sinet, cum scriptis suis vivendi modum docuerit, vivendi ignorare naturam?

deest E

1 in animo *lm*, *om.codd. pae* 3 quam] quia *B* circuitus *Q* 4 nostra] nos *Bac.m2* ratiocinatio *Fac.G* 5 hac] *add.* quidem *Rouen 469*, quadam *m* poene *QO* 6 callidus *D* aberratis *J* 7 facimus *WGOQpc.m2* incepta *CKF* amittimus *HQac.* exceptamus *Tm1* (expectamus *m2mg.*) ecquid] etquid *Bm1TDK*, ut quid *Bpc.m2*, haec (hic *Qpc.*) quid *HQWO*, quid *Cpc.NJ*, quod *G*, si aliquid *FR* 8 incedat *Cac.*, incedat *N* 10 scriptores *N* ut *om.W* 11 quod] quos *K* opinemur] obtinemur *D* 12 hoc *Bac.m2* scribi et] scriberet *B*, scripsi et *N*, describi et *TD* ratione *Hac.* nec] ne *DN* 13 rescripta *B* nos] non *Cac.m3Qac.N* eorum *del.Fuchs* 14 inventores *KG* 15 possim *BDHKJG*, possum *F*, possumus *Jpc.* 16 mortuam] more *B* debebamus *Qac.R* 17 vixisse *Qac.* ille *B* sine *B* 18 scripturis *CFNR* vivendi *alm*, cum vivendi *Cpc.NGR p*, vel cum *Hm3sl.*, convivendi *Cac.Hm1 cet.* *e* ignoraret *B*

A. Non arbitror equidem et multum inde spero, sed unum doleo, quod vel erga se vel erga sapientiam studium nostrum non ei, ut volumus, valemus aperire. Nam profecto ille miseraretur sitim nostram et exundaret multo citius quam nunc. Securus enim est, quod sibi iam totum de animae immortalitate persuasit, nec scit aliquos esse fortasse, qui huius ignorationis miseriam satis cognoverint et quibus praesertim rogantibus non subvenire crudele sit. Ille autem alius novit quidem pro familiaritate ardorem nostrum, sed ita longe abest et ita nunc constituti sumus, ut vix ad eum vel epistolae mittendae facultas sit. Quem credo iam otio transalpino perfecisse carmen, quo mortis metus excantatus effugiat et antiqua glacie duratus animae stupor frigusque pellatur. Sed interim, dum ista proveniunt, quae in nostra potestate non sunt, nonne turpissimum est perire otium nostrum et totum ipsum animum ex incerto arbitrio pendere deligatum?

XV.27. Ubi est, quod deum et rogavimus et rogamus, ut nobis non divitias, non corporis voluptates, non populares suggestus atque honores, sed animam nostram sequi ipsum quaerentibus iter aperiat? Itane nos deseret aut a nobis deseretur?

deest E

1 *interlocutoris siglum om.BF* **2** vel erga se *om.B*, erga se vel *Rm2mg.* **3** ei] intellegit *J* (vel ei *m2sl.*) valemus *J* **4** miseretur *palm*, miseratur *e*, miseretur *Gac.* **5** totum] modum *D* **6** nec scis *B*, nescit *HJQac.JW* **7** cognoverunt *edd.exc. p* **9** alios *K* **10** nunc *om.B* ut] et *K* **11** epistolae *HQ* **11sq.** iam ocio credo *O* **12** iam otio] amocio *R* transalbino *K*, transalpina *Qpc.* **13** confugiat *B* animis *J* **14** frigorque *O* appellatur *Bac.FGR* sed] est *C* (vel sed *m3sl.*), Ratio esto *FR* ista] *add.* non *J* perveniant *WG* **16** animum] annum *Qm2mg.* ex *om.B* **17** delegatum *DG*, *add.* est *D* **18** R(atio) ubi est *T* **19** non *alt.*] et *Cac.m2* voluntates *KWGOR* non populares] *Jsl.*, *om.KG* **20** honores sed] honor esse *Hac.m2* **21** ipsam *Cac.m3G*, ipsumque *R* iter] ita *H* appareat *Rac.*, aperiatur *K* deserit *TD*, desereret *KW* **22** deseretur *Rouen 469 m*, deseratur *J*, deseritur *cet. pael*

R. Alienissimum quidem ab ipso est, ut eos, qui talia desiderant, deserat; unde a nobis quoque alienum esse debet ut tantum ducem deseramus. Quare, si placet, repetamus breviter, unde illa duo confecta sint, aut semper manere
 5 veritatem aut veritatem esse disputandi rationem. Haec enim vacillare dixisti, quo minus nos faciat totius rei summa securos. An potius illud quaeremus, quomodo esse possit in imperito animo disciplina, quem non possumus non animum dicere? Hinc enim conmotus videbare, ut de
 10 illis, quae concesseras, dubitare rursus necesse fuerit.

A. Immo discutiamus prius illa; deinde hoc, quale sit, videbimus. Ita enim nulla, ut opinor, controversia remanebit.

R. Ita fiat, sed adesto totus atque cautissimus. Scio
 15 enim, quid tibi eveniat adtendenti: dum nimis pendes in conclusionem et, ut iam iamque inferatur, exspectas, ea quae interrogantur non diligenter examinata concedis.

A. Verum fortasse dicis; sed enitar contra hoc genus morbi, quantum possum. Modo iam tu incipe quaerere, ne
 20 superfluis inmoremur.

28. *R.* Ex eo, quantum memini, veritatem non posse interire conclusimus, quod non solum, si totus mundus

deest E

1 R(atio) *om.TF* 2 deserat *Bm2sl.* a *om.Qac.m2* 3 quo re *Bac.m2* 4 illa *om.B* sint] sinit *K* semper *Bm2mg.* semper manere] permanere *K* 5 aut veritatem *om.B* esse *om.T* R(atio) hec enim *D* 6 vacillare *KW*, baccilare *Bac.*, baccillare *Qac.* A(ug.) quominus *D* 7 A(ug.) an potius *J* quaerimus *CFQNO* 8 in *Bm2sl.* 9 anima *C* hic *FR* videbar *BTDKJac.G*, videbas *N* 11 A(ug.)] R(atio) *DJ, om.TKNG* 12 R(atio) ita *TCac.WO* ut opinor, nulla *edd.* 14 R(atio)] A(ug.) *DJNWGO*, H(omo) *K* R(atio) sed *DKNJWGO* fiet *Rac.* castissimo *K* 15 quod *Cac.* tendenti *B* pendis *R*, pendens *DQac.* 16 conclusione *HFOac.R* inferantur *J* ea *om.R* 18 verbum *Hac.Qac.* 19 tu incipe] tunc ipse *Qac.m2* 21 R(atio) *om.WO* 22 si *om.R*

intereat, sed etiam si ipsa veritas, verum erit et mundum et veritatem interisse. Nihil autem verum sine veritate; nullo modo igitur interit veritas.

A. Agnosco ista et multum miror, si falsa sunt.

R. Ergo illud alterum videamus.

5

A. Sine me paululum considerare, oro te, ne huc iterum turpiter redeam.

R. Ergone interisse veritatem verum non erit? Si non erit verum, non ergo interit. Si verum erit, unde post occasum veritatis verum erit, cum iam veritas nulla est?

10

A. Nihil habeo, quid plus cogitem atque considerem; perge ad aliud. Certe faciemus, quantum possumus, ut docti atque prudentes viri legant haec et nostram, si qua est, corrigant temeritatem; nam me nec modo nec aliquando arbitror, quid contra hoc dicatur, posse invenire.

15

29. *R.* Numquidnam ergo dicitur veritas, nisi qua verum est quicquid verum est?

A. Nullo modo.

R. Numquidnam recte dicitur verum, nisi quod non est falsum?

20

A. Hinc vero dubitare dementia est.

deest E

1 erit] enim *B* 2 R(atio) nihil *WO* A(ug.) nullo modo *WO* 3 R(atio) ergo igitur *WO* 6 A(ug.) *om.T* ne] vel non *Jm2sl.* 8 R(atio) *om.TN* ergone] *add.* te si *B* (si *m2mg.*) A(ug.) si non *JNWO*, H(omo) si non *K* si – 9 interit *om.B* 9 R(atio) Si verum *JW*, R(atio) id verum *O*, R(atio) sed verum *G* si] id *O*, sed *cet. exc.JW* unde – 10 erit *Bm2mg.* 11 A(ug.) *om.N* quod *J* 12 ad aliud] *add.* atque considera *J* R(atio) certe *TDCKFJWGORQm2sl.* 14 me *Cm2sl.*, *om.FN* aliquando] aliquod *Bac.* 15 arbitror – 17 verum est *Dm3mg.* quod *Dm3Cac.FQpc.R* inveniri *FNGac.* 16 R(atio)] *om.CKFJWGOR*, *eras.TQ*, A(ug.) *D* numquidnam] num quid ergo nam *Hac.* qua] quia *TDKNWG* 18 A(ug.)] R(atio) *D*, *eras.T* 19 R(atio)] A(ug.) *D* 21 A(ug.)] R(atio) *D* hic *Bac.m2* non dubitare *Q*

R. Num falsum non est, quod ad similitudinem alicuius adcommodatum est neque id tamen est, cuius simile adparet?

A. Nihil quidem aliud video, quod libentius falsum
5 vocem. Sed tamen solet falsum dici etiam, quod a veri similitudine longe abest.

R. Quis negat? sed tamen quod habeat ad verum nonnullam imitationem.

A. Quomodo? Non enim, cum dicitur iunctis alitibus
10 anguibus Medeam volasse, ulla ex parte res ista verum imitatur, quippe quae nulla sit nec imitari aliquid possit ea res, quae omnino non sit.

R. Recte dicis; sed non attendis eam rem, quae omnino nulla sit, ne falsum quidem posse dici. Si enim falsum est,
15 est: si non est, non est <falsum>.

A. Non ergo dicemus illud de Medea nescio quod monstrum falsum esse?

R. Non utique; nam si factum est, quomodo falsum est, si non est factum, quomodo monstrum est?

9-11 cf. Cic. inv. 1,27 (Hagendahl. Test. 335)

deest E

1 R(atio) om.D num] nam DFac., non Q (quod nonne sl.) quid Hpc. 4 interlocutoris siglum om.KG 5 vocem - falsum om.B R(atio) sed tamen T 6 similitudinem R 7 R(atio)] A(ug.) TG, H(omo) K 9 A(ug.)] R(atio) TKG R(atio) non enim BD, A(ug.) non enim T iunctos Q (iunctis m2mg.), adiunctis B 10 angibus Bac., anguinibus K, anguium H, angues (corr. ex sanguinis) Qm1 (anguibus m2mg.) mediam J re K 11 cum nec N A(ug.) nec imitari D 13 R(atio)] H(omo) BK 14 A(ug.) ne falsa D ne falsum] deus K falsam TCpc.m3FQOR, falsa BDCm1N dicis K si om.K 15 et si N si non est G Rouen 469, si est non cet. non est falsum edd., non est codd. 16 interlocutoris siglum om.BKW dicimus CW media J, medeo K monstrum] nostrum D 18 R(atio)] A(ug.) W factum - 19 factum] falsum est Rouen 469 m est pr. om.B 19 si non est Cm2sl., om.FR

A. Miram rem video. Itane tandem cum audio:
 ‘angues ingentes alites iuncti iugo’,
 non dico falsum?

R. Dicis plane. Est enim quod falsum esse dicas.

A. Quid, quaeso?

R. Illam scilicet sententiam, quae ipso versu enuntia-
 tur.

A. Et quam tandem habet ista imitationem veri?

R. Quia similiter enuntiaretur, etiamsi vere illud Medea
 fecisset. Imitatur ergo ipsa enuntiatione veras sententias 10
 falsa sententia. Quae si non creditur, eo solo imitatur veras,
 quod ita dicitur, estque tantum falsa, non etiam fallens. Si
 autem fidem impetrat, imitatur etiam creditas veras.

A. Iam intellego multum interesse inter illa, quae dici-
 mus, et illa, de quibus dicimus aliquid; quare iam adsentior 15
 – nam hoc solo revocabar – quicquid falsum dicimus, non
 recte dici, nisi habeat veri alicuius imitationem. Quis enim
 lapidem falsum argentum esse dicens non iure rideatur?
 Tamen si quisquam lapidem argentum esse dicat, dicimus
 falsum eum dicere, id est falsam proferre sententiam. Stan- 20
 num autem vel plumbum non absurde, ut opinor, falsum

2 Pacuv. frg. 397 Ribb. *apud* Cic. inv. 1,27 (Hagendahl, Test. 492a)

deest E

1 A(ug.)] R(atio) W A(ug.) itane W cum audio *om. FR* 2 anges
J, angus *G* ingentes] ingens *KG*, *add.* dracones atque *J* aliter *F*,
 alitibus *R* iunctos *Qpc.m2Rouen 469 edd.exc. p* 4 discis *D* dicas] alites
J 6 verso *Bac.Rpc.* 8 A(ug.) *om. D* quantandem *T*, quantamdem *D*
 habetis tam *K* istam *G* 9 R(atio) *om. TD* quia] *add.* cum *WO* media
J Rac. 10 fecisset] *add.* malefica *J* 13 impetrat] imperat *FORQpc.m2*
 credita *R* veras *om. TD* 14 quae – 15 illa *om. RCac.m2* 15 dicimus]
 quaerimus *W* 16 revocabar *Bm2sl.* 17 imitationem] similitudinem
Cm1 (vel imitationem *m3sl.*) 18 dicens] dicis *R* irrideatur *Bpc.m2* 19
 dicat] dicamus *K* 20 dicere] dicimus *D* stagnum *BT DCHJWR*

argentum vocamus, quod id res ipsa velut imitatur; neque ex eo falsa est nostra sententia, sed illud ipsum, de quo enuntiatur.

XVI.30. *R.* Bene intellegis. Sed illud vide, utrum et
5 argentum falsi plumbi nomine congruenter adpellare possimus.

A. Non mihi placet.

R. Quid ita?

A. Nescio; nisi illud video vehementer contra voluntatem
10 meam dici.

R. Num forte propterea quod argentum melius est et quasi in contumeliam eius dicitur, plumbi autem quidam velut honor est, si falsum argentum vocetur?

A. Prorsus explicasti quod volebam. Et ideo credo iure
15 infames intestabilesque haberi, qui muliebri habitu se ostentant, quos nescio utrum falsas mulieres an falsos viros melius vocem. Veros tamen histriones verosque infames sine dubitatione possumus vocare aut, si latent nec infame quicquam nisi a turpi fama nominatur, veros nequam non
20 sine veritate dicimus, ut opinor.

deest E

1 id *om.B* vel *J* 2 nostra *Bm2sl.* sed *Bm.al.sl.* 3 enuntiabatur *B*, enuntietur *K*, enuntiat *D*, nunciatur *CR* 4 intelleges *C* 5 falsi] falso *W*, quasi *K* abbellare *K* possumus *JW* 8 *R(atio) om.T* quid] vel cur *Jm2sl.* 9 *A(ug.) om.T* 11 *R(atio) om.D* num] non *B*, nunc *D*, numquid *Jpc.* 12 contumelia *T* plumbum *Qpc.OR* quiddam *BQac.*, quidem *F* 13 honor est] honorem *Qac.m2* 14 *A(ug.)*] *R(atio) D* 15 in fame sint stabiles quae *Q* (infames instabilesque *pc.*) indetestabilesque *B*, vel de(testabilesque) *Jm2sl.* 16 ostentantur *G*, ostendant *KJ*, ostendunt *R* falsos] falso *D* 17 vocemus *D* veros] viros *BHQac.* hystriones *O*, striones *BTDKJ*, istri- *Bpc.*, vel striones *Cm2sl.* verosque] virosque *BHQac.m.al.* 18 possum *CFNOR* lateant *Q* 19 quicquam *R* a *FNOR, om.cet.* turpis *DRGac.* nominantur *Bpc.m2* viros *Bpc.m2* nequaquam *DHFQpc.m.al.O* 20sq. *R(atio)* ut opinor alius locus *T*

R. Alius locus nobis erit de istis rebus disserendi; multa enim fiunt, quae quasi facie populari turpia videntur, aliquo tamen fine laudabili honesta monstrantur. Et magna quaestio est, utrum patriae liberandae causa muliebri tunica indutus debeat hostem decipere, hoc ipso, quo mulier falsa sit, fortasse verior vir futurus, et utrum sapiens, qui aliquo modo certum habeat necessariam fore vitam suam rebus humanis, malit emori frigore quam femineis vestibibus, si aliud non sit, amiciri. Sed de hoc, ut dictum est, alias videbimus. Profecto enim cernis, quantae inquisitionis indigeat, quatenus ista progredi debeant, ne in quasdam inexcusabiles turpitudines decidatur. Nunc autem, quod praesenti quaestioni satis est, iam puto adparere neque dubitari non esse falsum quicquam nisi veri aliqua imitatione.

XVII.31. *A.* Proficiscere ad reliqua; nam hoc mihi bene persuasum est.

R. Ergo illud quaero, utrum praeter disciplinas, quibus erudimur et quibus etiam ipsum studium sapientiae adnu-

3–5 cf. Quintil. decl. min. 282 (Hagendahl, Test. 530)

deest E

1 R(atio) *om.F* disserendum *K* 2 videntur] vel vitantur *Jm2sl.* aliquo] alio *KJWGO* 3 monstratur *Rac.m2* et] hinc *R* 4 utrum] verum *D*, *add.* quis *Fuchs* 5 H(omo) hoc *R* ipsum *Cac.FNOR* falsi *K* 6 sit] fit *KW* vereor *HWac.R* 8 malit emori] malite moveri *B*, malit mori *HWGac.O* 9 amictuiri *N*, amictiri *K*, amiciturus *R* R(atio) de hoc *R* (sed *om.*), A(ug.) sed *W* de *om.KJG* ut] quod *N* aliis *K* 10 R(atio) profecto *KG* 11 quatinus *BJ* ista] is *B*, ipsa *O* nec *R* 12 turpidines *J* praesente *G* 13 questione *GR* iam *om.KJG* neque] *add.* enim *N* dubitare *KWGOR* 14 esse] posse *KJG*, est *Cac.* nisi] sine *TDpc.FRQpc.m2*, sive *Dac.* aliquam imitationem *HQac.m2* 15 reliqua] enumerationem artium liberalium (*inc.* disciplinas dicit grammaticam ...) *add.Cm2mg.*, in textum receperunt *FR* 17 R(atio) eras.*T*, *om.D* illud ergo *B* 18 erudimur] veri dicimur *Qac.* studium ipsum *J* adnumerare *WG*

merari decet, possimus quicquam ita verum invenire, quod non sicut theatricus Achilles ex aliqua parte falsum sit, ut ex alia verum esse possit.

A. Mihi videntur multa inveniri. Non enim disciplinae
5 istum habent lapidem, nec tamen, ut verus sit lapis, imitatur aliquid, secundum quod falsus dicatur. Quo uno commemorato vides iam innumerabilibus supersedendum esse, quae sponte occurrant cogitantibus.

R. Video prorsus. Sed nonne tibi videntur uno corporis
10 nomine includi?

A. Viderentur, si aut inane nihil esse certum haberem aut ipsum animum inter corpora numerandum arbitrarer aut etiam deum corpus aliquod esse crederem. Quae omnia, si sunt, ad nullius imitationem falsa et vera esse video.

R. In longum nos mittis, sed utar, quantum possum
15 compendio. Certe enim aliud est quod inane adpellas, aliud quod veritatem.

A. Longe aliud. Quid enim me inanius, si veritatem inane aliquid puto aut tantopere inane aliquid adpeto?
20 Quid enim aliud quam veritatem invenire desidero?

deest E

1 possumus *DJWG* 2 achillis *R* 3 alia] aliqua *C* (vel alia *m3sl*) *FNOQpc.m2* 4 A(ug.)] R(atio) *T*, *om.D* videtur *Cac.m2FOR* invenire *FWGR* 6 secundum] per *J* R(atio) quo uno *TD* quod *G* uno *om.G* commemorata *G*, incommemorato *K* 8 occurrunt *FR* cogitationibus *HQac.m3NG* 9 R(atio)] A(ug.) *TDN*, H(omo) *H* videor *H* R(atio) sed nonne *TDN* non *HJac.* ut uno *Q*, in uno *N* 10 concludi *WG* 11 interlocutoris siglum *om.HQm1*, R(atio) *Qm2sl*. videntur *K* esset *D* haberet *D*, habere *T* 13 crederemus *D* R(atio) quae omnia *D* 14 ad *OG m*, *om.N*, et *Qac.m3 cet. pael* imitationem *Qm3OG m*, imitatione *cet.pael* esse *om.H* 15 R(atio)] H(omo) *Qpc.m2* in] et *R* quanto *TDHQJG*, quando *W* 16 impendio *F* R(atio) certe *DQpc.m2* 17 veritate *D* 18 R(atio) quid enim *D* quid *om.R*, quod *G* me] *add.* aliud *B* 19 aliquid *pr.*] aliquot *K* tanto opere *D* inane *alt.*] inaniter *Cac.m2FR* aliquid inane *edd.* peto *R*

R. Ergo et illud fortasse concedis, nihil verum esse, quod non veritate fiat, ut verum sit.

A. Iam hoc olim manifestum est.

R. Num dubitas nihil esse inane praeter ipsum inane [aut certe corpus]? 5

A. Prorsus non dubito.

R. Opinor ergo, veritatem corpus esse aliquod credis.

A. Nullo modo.

R. Quid in corpore?

A. Nescio. 10

R. Nihil ad rem; arbitror enim vel illud te scire, si est inane, magis illud esse, ubi nullum sit corpus.

A. Hoc sane planum est.

R. Quid igitur inmoramur? An tibi aut veritas videtur fecisse inane aut aliquid verum esse, ubi veritas non sit? 15

A. Non videtur.

R. Non est ergo inane verum, quia neque ab eo, quod inane non est, inane fieri potest et, quod veritate caret, verum non esse manifestum est et omnino ipsum, quod inane dicitur, ex eo, quod nihil sit, dicitur. Quomodo igitur 20

deest E

1 R(atio) *om.D, cancell.O* illud et *R* concedis fortasse *W*, concessisti fortasse *G* concedis] *add. desidero FR, concedi Rpc.* nihil verum esse *om.FR* 2 quod – sit *post* 3 olim *tr.FR, add. H(omo) iam hoc olim manifestum est F* in veritate non *J* ut] et *Jac.* 4 num] non *KFWO*, nam *Rac.* inani *Cac.m2N*, inanem *T* 5 aut certe corpus *del.Fuchs* 6 non dubito prorsus *Cac.* 7 opinor *om.CKJWGO, exp.Q* ergo] ego *Cac.m2, add. quod N* veritatem *exp.Cm2 (add. inane sl.)* 9 R(atio) quid in corpore *om.O* 10 A(ug.) nescio *om.O* 11 R(atio) *om.DHKQWG m* nihil ad rem *om.O* R(atio) arbitror *DHKQWGO* 12 inane *om.WO* illud] ibi *Fuchs* 13 A(ug.)] R(atio) *m* planum] plenum *B, sanum K* 14 R(atio)] A(ug.) *m* R(atio) an tibi *m* videatur *J* 18 et *om.F* caret] cadit *G* 19 A(ug.) manifestum *D* 20 sit *om.K*

potest verum esse, quod non est, aut quomodo potest esse, quod penitus nihil est?

A. Age iam, inane tamquam inane deseramus.

XVIII.32. Quid de ceteris dicis?

5 *R.* Quid nisi id quod vides mihi plurimum suffragari?
 Restat enim animus et deus. Quae duo si propterea vera sunt, quod in his est veritas, de immortalitate dei nemo dubitat. Animus autem immortalis creditur, si veritas, quae
 10 interire non potest, etiam in illo esse probatur. Quare iam
 id illud ultimum videamus, utrum corpus non sit vere verum, id est non in eo sit veritas, sed quasi quaedam imago veritatis. Nam si et in corpore, quod satis certum est recipere
 interitum, tale verum invenerimus, quale est in disciplinis, non continuo erit disputandi disciplina veritas, qua omnes
 15 verae sunt disciplinae. Verum est enim et corpus, quod non videtur disputandi ratione esse formatum. Si vero et corpus imitatione aliqua verum est et ob hoc non liquidum verum, nihil erit fortasse, quod impediat disputandi rationem, quominus ipsa veritas esse doceatur.

20 *A.* Interim quaeramus de corpore; nam ne hoc quidem cum constiterit, video istam controversiam terminatam.

deest E

1 quod – potest esse *Tm2mg.* 2 penitus] per se *KJWG* 3 interlocutoris siglum *om.KJWGO* iam] nunc *aelm* deseramus] disser-
KWGO 4 R(atio) quid *B aelm*, quod *F* de ceteris quid *II* dicis] *add.*
A(ug.) quid *JG m*, *H(omo)* quid *K*, dicimus *TD p*, dicis *CFNR aelm*, dices
cet. 5 R(atio)] *A(ug.) W ael*, *H(omo) B, om.p* nisi *om.KJG m* id
om.KFJGR m video *Fuchs* 6 quae *om.B* si duo *B* 7 veritas est
J 8 credetur *TWpc.* 9 in illo] nullo *D* probabitur *BFWO* quare]
quaere *TJ* 10 illum *RO* corporis *R* 11 in eo] ideo *KJG*, vel in eo *Jm2sl.*
sit in eo *O* 12 et si *O* 13 tale] valet *KG*, valet tale *WO*, valere tale
J 14 disciplina ante non *tr.N* 15 verum] per deum *KG*, verum per deum
J 16 formatum *om.B* si vero] sive *H*, si vera *G* et] est *G* 17 ob]
ad *G* ad liquidum *Rouen 469 edd.* 18 rationem disputandi *WG* 20
A(ug.) om.T nam] non *D* 21 terminatam] nominatam *B*

R. Unde scis, quid velit deus? Itaque adtende. Nam ego puto corpus aliqua forma et specie contineri, quam si non haberet, corpus non esset, si veram haberet, animus esset. An aliter putandum est?

A. Adsentior in parte, de cetero dubito. Nam, nisi 5
teneatur aliqua figura, corpus non esse concedo. Quomodo autem, si eam veram haberet, animus esset, non satis intellego.

R. Nihilne tandem de primi libri exordio et de tua illa geometrica recordaris? 10

A. Bene commemorasti; recordor prorsus ac libentissime.

R. Talesne in corporibus figurae inveniuntur, quales illa disciplina demonstrat?

A. Immo incredibile est, quanto deteriores esse convin- 15
cuntur.

R. Quas ergo istarum veras putas?

A. Ne, quaeso, etiam istuc me interrogandum putes. Quis enim mente tam caecus est, qui non videat istas, quae in geometrica docentur, habitare in ipsa veritate aut in his 20
etiam veritatem, illas vero corporis figuras, siquidem quasi ad istas tendere videntur, habere nescio quam imitationem veritatis et ideo falsas esse? Iam enim totum illud, quod ostendere moliebaris, intellego.

deest E

1 R(atio) *om. Bac.T* 3 verum *WO* haberet *alt.*] habetur et *K* 4
est *om. FR*, esse *K* 5 in partem *CNR ael* 6 tencatur] te ne agatur *R*
7 haberet] *add.* et *R*, habere *Bac.T* non esset satis *G* 9 de *pr. om.D*
illa tua *edd.* 11 commemorasti *WGO m*, commemoras *cet. pael* 11sq.
libentissime] *add.* recordor *WO* 15 A(ug.)] R(atio) *W*, *om.T* quando
D convincantur *H*, convincitur *Tac.m2D* 17 R(atio)] A(ug.) *Tac.W*
18 A(ug.)] R(atio) *W* istud *DHKQJR* interrogante *D* 19 ista *N*, istos
G qua *G* 20 geometria *Dpc.Cac.m2J* aut] *add.* et *KJ* 21 veritate
K figuras *G lm*, *om.cet. pae* 23 falsa *DCac.m2*, falsos *KN* R(atio)
iam enim *F* iam – 24 intellego *om.D*

XIX.33. *R.* Quid ergo iam opus est, ut de disciplina
disputationis requiramus? Sive enim figurae geometricae in
veritate sive in eis veritas sit, anima nostra, id est intelle-
gentia nostra, contineri nemo ambigit ac per hoc in nostro
5 animo etiam veritas esse cogitur. Quod si quaelibet disci-
plina ita est in animo ut in subiecto inseparabiliter nec
interire veritas potest, quid, quaeso, de animi perpetua vita
nescio qua mortis familiaritate dubitamus? An illa linea vel
quadratura vel rotunditas habent alia, quae imitentur, ut
10 vera sint?

A. Nullo modo id possum credere, nisi forte aliud sit
linea quam longitudo sine latitudine et aliud circulus quam
linea circumducta undique ad medium aequaliter vergens.

R. Quid ergo cunctamur? An ubi ista sunt, veritas non
15 est?

A. Avertat deus amentiam.

R. An disciplina non est in animo?

A. Quis hoc dixerit?

R. Sed forte potest intereunte subiecto id, quod in
20 subiecto est, permanere?

A. Quando mihi hoc persuadetur?

R. Restat, ut occidat veritas.

A. Unde fieri potest?

deest E

1 R(atio)] A(ug.) *D*, *om.F* ut de] unde *Q* (vide *ac.*) disciplinam
Q 2 geometriae *JW* 3 veritatem *R* sit] *add.* anima intellectualis *K*
animo nostro *J* nostra] *add.* eius *FR* 4 continere *OR* nemo] nomen
OR 5 cogitur esse *WG* A(ug.) quod si *T* qualibet *BKWG* 6 in *alt.*
om.F 7 quid *om.J*, quod *K* perpetua vita] perpetuitate *TD* 8 R(atio)
nescio qua *D* illa linea] illa in ea *B* 9 imitantur *BHKQac.WG* 11
id] hic *D* sit – 12 aliud *om.K* 12 longitudo *J* 16 interlocutoris *siglum*
om.TDH avertas *D* amentiam] *add.* hanc *Rm2sl.* 17 R(atio)
om.TDHQac.m2 19 R(atio) *om.WO* 21 A(ug.)] R(atio) *WO* 22
R(atio)] A(ug.) *WO* ut] at *Iiac.m2* 23 A(ug.)] R(atio) *Kac.WO* unde]
vide *D*

R. Immortalis est igitur anima. Iamiam crede rationibus tuis, crede veritati; clamat et in te sese habitare et immortalem esse nec suam sibi sedem quacumque corporis morte posse subduci. Avertere ab umbra tua, revertere in te; nullus est interitus tuus nisi oblitum esse, quod interire non possis. 5

A. Audio, resipisco, recolere incipio. Sed, quaeso, illa quae restant expedias, quomodo in animo imperito – non enim eum mortalem dicere possumus – disciplina et veritas esse intellegantur. 10

R. Aliud ista quaestio volumen desiderat, si eam vis tractari diligenter. Simul et illa, quae, ut potuimus, investigata sunt, recensenda tibi esse video, quia, si nihil eorum, quae concessa sunt, dubium est, multum nos egisse arbitror nec cum parva securitate cetera quaerere. 15

XX.34. *A.* Ita plane est, ut dicis, et obtempero tuis praeceptis libens. Sed illud saltem impetrem, antequam terminum volumini statuas, ut quid intersit inter veram figuram, quae intellegentia continetur, et eam, quam sibi

deest E

1 R(atio)] A(ug.) *W*, *om.O* es *Cac.m2F* A(ug.) iamiam *DC* credere *H*, credo *D* 2 R(atio) crede *DC* 3 sibi suam *edd.* quaecumque *Bac.*, quaecumque *K* 4 avertere] a veritate *Qpc.* 5 interitus est *J* oblitum] *add. te Cm2sl.KQJWGO edd.*, oblitam *BmITCac.KFNJWGO*, oblitus *Bpc.m2* 6 non *om.KG* possit *R* 7 audire sipisco *R*, resispiscor *D* recolere *G aelm*, recolere me *cet.p* quero *T* 8 expediam *R* 9 eum *Cm2sl.* discipline *K* 10 intellegantur *Qpc.WO*, intellegat *K*, -atur *Qac.cet.* 11sq. vis tractare *T*, tractare vis *JWGO*, tractares vis *K* 13 sunt *om.FCac.m2, post* 12 quae *tr.R* quia si] quasi *TDK* nil *H* 14 nos] non *K* 15 cetera *om.TD* 16 plane *om.m* et] set *Cpc.m2* 16sq. praeceptis tuis *edd.exp.p* 17 saltim *CHFNac.WR* 18 voluminis *DHWO*, *add. istius Dac.* statues *WO*, statuis *Bac.TKQ*, facias *Tm2mg.* 19 figuram *om.R*

fingit cogitatio, quae graece sive phantasia sive phantasma dicitur, breviter exponas.

R. Hoc quaeris, quod videre nisi mundissimus non potest et ad cuius rei visionem parum es exercitatus; neque
 5 nunc per istos circuitus aliud quam exercitationem tuam, ut illud videre sis idoneus, operamur. Tamen interesse plurimum, quomodo possit doceri, fortasse breviter planum facio. Fac enim te aliquid esse oblitum aliosque te velle quasi in memoriam revocare. Dicunt ergo illi: 'numquidnam hoc
 10 est aut illud?' diversa velut similia proferentes. Tu vero nec illud vides, quod recordari cupis, et tamen vides non hoc esse quod dicitur. Numquidnam tibi, cum hoc evenit, omnimodo videtur oblivio? Nam ipsa discretio, qua non admittitur, quod falso admoneris, pars quaedam recordationis est.

15 *A.* Ita videtur.

R. Tales ergo nondum verum vident, falli tamen decipique non possunt et, quid quaerant, satis norunt. At si tibi quispiam dicat te post paucos dies risisse quam natus es, non audes dicere falsum esse et si auctor sit, cui fides
 20 habenda est, non recordaturus, sed crediturus es; totum enim tempus illud validissima tibi oblivione sepultum est. An aliter putas?

A. Prorsus consentio.

deest E

1 fantasia *DHOR*, fantassia *J* sive phantasma *om.R* phantasma *DHKO*, phantasmata *Cac.* 2 exponam *K* 3 mundissimus] *add. oculus Qm2mg.O* non *om.FG* 4 potest *om.G* revisionem *K* neque – 5 circuitus *Cm2mg.*, *om.FR* 5 exercitationem] expectationem *J* 6 operamur] opinamur *KJG* 7 posset *B* 8 aliudque *N* 10 ne *ORF* 11 recordari] -are *K*, revocari *TD* 12 eveniet *K* 13 videt *K* oblivione *K* qua *om.KG* amittitur *Bac.HKG* 14 est *om.G* 16 vident] dicent *Cac.m3F*, dicunt *R* (diceret *ac.*) 17 norunt] non possunt *D* 18 quisquam *H* quam] quando *O* 19 auctoris *Bac.*, auctori *K* 21 enim] autem *G* tempus] item *B* oblivione tibi *edd.* tibi *om.F* 23 consencior *R*

R. Haec igitur ab illa oblivione plurimum differt, sed illa media est. Nam est alia recordationi revisendaeque veritati propior atque vicinior; cui simile est, quando videmus aliquid certoque recognoscimus id nos vidisse aliquando atque nosse adfirmamus, sed ubi aut quando aut quomodo aut apud quem nobis in notitiam venerit, satagimus repetere atque recolere. Ut si de homine nobis contigerit, etiam quaerimus, ubi eum noverimus; quod cum ille commemoraverit, repente tota res memoriae quasi lumen infunditur nihilque amplius, ut reminiscamur, laboratur. An hoc genus ignotum tibi est aut obscurum? 5 10

A. Quid hoc planius? aut quid crebrius mihi accidere solet?

35. *R.* Tales sunt, qui bene disciplinis liberalibus eruditi, siquidem illas sine dubio in se oblivione obrutas eruunt discendo et quodam modo refodiunt; non tamen contenti sunt nec se tenent, donec totam faciem veritatis, cuius quidam in illis artibus splendor iam subrutilat, latissime 15

14–16 cf. *Retract.* 1,4,4

deest E

2 alia] illa *JWOQm2mg.* recordatione *K* revisendique *R* 2sq. revisendae veritati recordationique *O* 4 certeque *G*, certo quod *Bpc.m.al.*, certo *R* certo querere cognosc- *K* id nos *CFNOR aelm*, nos vidisse id *G*, nos id *cet.p* 5 sed] *add.* ut *D* aut quando *Qm2mg.* quomodo] modo *TD* 6 notitia *D* satis agimus *KJWGO* 7 contigerit] congerit *K* 8 etiam – 9 infunditur *om.R* quaeramus *Qpc.WG* eum] cum *B* 9 totas *W*, totum *K* infundit *K* 10 reminiscamus *HKG*, reminiscatur *BTDCFJN*, -antur *R* 12 quid *alt.*] qui *K* accedere *Cac.HNOR*, accideret *K* 14 *R(atio) Qm2sl.* discipline *K* 15 sic quidem *TD* illa *BC*, illam *K* obrutas eruunt] obruta servant *B*, obruta serviunt *DC*, obruta erunt *Qac.* 16 discendendo *Cac.*, dicendo *KJac.* et quodam modo refodiunt *om.R* modum *K* nec tamen *edd.exc.p* 17 se tenendo nec *HQac.* 18 splendor iam *edd.*, iam splendor *codd.* subrutulat *J*, subruit laetat *Qac.m2* latissime *m*, laetissime *codd. pael*

atque plenissime intueantur. Sed ex his quidam falsi colores
 atque formae velut in speculum cogitationis se fundunt
 falluntque inquirentes saepe ac decipiunt putantes illud
 totum esse, quod norunt vel quod inquirent. Ipsae sunt
 5 illae imaginationes magna cautione vitandae: quae depre-
 henduntur fallaces, cum cogitationis variato quasi speculo
 variantur, cum illa facies veritatis una et inmutabilis ma-
 neat. Tum enim alterius atque alterius magnitudinis qua-
 dratum sibi cogitatio depingit et quasi ante oculos praefert,
 10 sed mens interior, quae vult verum videre, ad illud se potius
 convertat, si potest, secundum quod iudicat illa omnia esse
 quadrata.

A. Quid, si nobis quispiam dicat secundum id eam
 iudicare, quod videre oculis solet?

15 R. Quare ergo iudicat, si tamen bene erudita est, quan-
 tamvis pilam veram vera planitie puncto tangi? Quid tale
 umquam oculus vidit aut videre potest, cum ipsa imagina-
 tione cogitationis fingi quicquam huiusmodi non potest? An
 non hoc probamus, cum etiam minimum circulum imagi-

deest E

1 plenissime] amplissime J intueatur BKWG, intuentur J 2
 cogitationes Bpc.TD, -nibus K se fundunt] effundunt HKQJWGO, add.
 se Jsl. 3 putantes - 4 inquirent om.R 4 ipsa H 5 imaginationes
 om.KJG, imagines Jm3mg. quae] qua F, om.R deprehendunt G 6
 cogitationes CHpc.m3FWORQpc.m2 variato om.K 7 et inmutabilis]
 etiam mut- Cac.m2 8 tum N elm, quam BTDCm2mg.HKQm1G,
 quamvis J p, cum CFWORQm2sl. a atque alterius om.K 9 profert B,
 perfert G 11 convertit J omnia illa BHKQJWG 13 interlocutoris
 siglum om.BDFQac.m2R ideam TK 14 videri F oculus B (-os ac.)
 15 R(atio) om.BTDHFQac.m2R iudicat Wlm, iudicatur OQpc.m2, iurat
 Qm1 cet. pae bene tamen D 16 vera] veram WO, verae J planiciem
 WO, -cies R compuncto (u s. o pr.) R, puncti Cpc. tangit R qui
 Q talem D 17 oculus N, -lis cet. ipsa om.G, ipsam TD imaginationem
 T, maginationem D 18 fingi] add. tale N, add. quid tale Cac.FR potes
 K 19 etiam cum Jpc.

nando animo describimus et ab eo lineas ad centrum ducimus? Nam cum duas duxerimus, inter quas quasi acu vix pungi possit, alias iam in medio non possumus ipsa cogitatione imaginaria ducere, ut ad centrum sine ulla conmixtione perveniant, cum clamet ratio innumerabiles posse 5 duci nec sese in illis incredibilibus angustiis nisi centro posse contingere, ita ut in omni earum intervallo scribi etiam circulus possit. Hoc cum illa phantasia implere non possit magisque quam ipsi oculi deficiat, siquidem per ipsos est animo inflicta, manifestum est et multum eam differre a 10 veritate et illam, dum haec videtur, non videri.

36. Haec dicentur operosius atque subtilius, cum de intellegendo disserere coeperimus, quae nobis pars proposita est, cum de animae vita quicquid sollicitat, fuerit, quantum valemus, enucleatum atque discussum. Non enim 15 credo te parum formidare, ne mors humana, etiamsi non interficiat animam, rerum tamen omnium et ipsius, si qua comperta fuerit, veritatis oblivionem inferat.

deest E

1 describimus *HR* et ab eo] oblico *J* (vel et oboeo *m2sl.*) 2 nam – 3 possit *om.R* quas quasi] quasi *B* (quas *pc.*), has quasi *J* 3 pungi] pingi *J* posset *TD* 4 imaginaria] imaginari ac *Cac.FR* commixione *J*, comixione *R* 5 rationi numerabiles *KG* 6 nec sese] necesse *TCG*, nec esse se *FR*, se *del.F* angustiis] *add.* cui *Rm2* 7 omnes *K* intervallos *K* etiam] eam *K* 8 circuli *TD* fantasia *DHKJR* possint *TD* 9 qua *B* deficiat *BCpc.HQN*, deficiet *J*, deficient *Cac. cet.* 10 anima *BCac.* A(ug.) manifestum *DJWGac.O*, H(omo) manifestum *BKRm2* ea *Q* deferre *CJ* 11 illa *BDKWO* 12 R(atio) haec dicentur *BHKJOR* dicentur] videntur *TD* R(atio) operosius *D* de] deo *Qac.m2* 13 caeperimus *BOR* praeposita *B* 14 vita *om.K* sollicita *W*, sollicita *HQJpc.*, sollicitata *Jac.G*, sollicitatu (!) *K*, solita *O* fuerat *Q* 15 valuimus *Jpc.* enucleatum] *add.* est *KG* enim *om.J* 18 comperta] comparata *Qac.* fuerit] *add.* ut *KW*

A. Non potest satis dici, quantum hoc malum metuen-
dum sit. Qualis enim erit illa aeterna vita vel quae mors non
ei praeposenda est, si sic vivit anima, ut videmus eam
vivere in puero mox nato? ut de illa vita nihil dicam, quae
5 in utero agitur; non enim puto esse nullam.

R. Bono animo esto. Deus aderit, ut iam sentimus,
quaerentibus nobis, qui beatissimum quiddam post hoc
corpus et veritatis plenissimum sine ullo mendacio pollice-
tur.

10 *A.* Fiat, ut speramus.

deest E

1 interlocutoris siglum om. *TQac.m2* 2 erit om. *OR* 3 videamus
Tac.D 4 nihil om. *W* dicat *D* 5 *A*(ug.) non enim *T* puto esse] putasse
Qac.m2 6 esto] est *B* (vel esto *m2mg.*), es *CFJWOR*, esse *K* 7 post]
pro *R* 8 planissimum *H* polliceatur *R* 10 interlocutoris siglum
om. *BHKQac.m2* sicut *T*

DE IMMORTALITATE ANIMAE
LIBER VNVS

Conspectus siglorum

- S* = Sessorianus XVI (2101) bibl. nationalis Romanae, s. IXmed.
T = Trevirensis bibl. municipalis 149, s. IXmed.
M = Ambrosianus M 1 sup. membr. 8, s. IXmed.
C = Casselanus 2^o Ms. theol. 30, s. IX¹
K = Augiensis perg. CCXXXVI bibl. publ. Badensis, s. IX¹
L = Augiensis perg. XCV bibl. publ. Badensis, s. IXmed.
P = Parisinus lat. 2718 bibl. nationalis, s. IX¹
A = Parisinus lat. 17349 bibl. nationalis, s. IXmed.
W = Guelferbytanus Gud. lat. 184 4^o, s. IXmed.
U = Parisinus lat. 13361 bibl. nationalis, s. XI

codd. = consensus codicum

- p* = editio Parmensis 1491
a = editio Amerbachii Basileensis 1506
e = editio Erasmi Basileensis 1529
l = editio theologorum Lovanensium 1576
m = editio Maurinorum Parisina 1679
edd. = consensus harum editionum

Hagendahl, Test. = Harald Hagendahl, Augustine and the Latin Classics, Vol. I. Testimonia (Göteborg 1967)

De immortalitate animae

I.1. Si alicubi est disciplina nec esse nisi in eo quod vivit potest et semper est neque quicquam, in quo quid semper est, potest esse non semper, semper vivit, in quo est disciplina.

5

Si nos sumus qui ratioeinamur, id est animus noster, nec recte ratioeinari sine disciplina potest nec sine disciplina esse animus, nisi in quo disciplina non est, potest, est in hominis animo disciplina.

Est autem alicubi disciplina; nam est et quicquid est, nusquam esse non potest. Item disciplina non potest esse nisi in eo quod vivit. Nihil enim, quod non vivit, aliquid discit nec esse in eo, quod nihil discit, disciplina potest. Item semper est disciplina. Nam quod est atque immutabile est, semper sit necesse est. Esse autem disciplinam nemo negat. Et quisquis fatetur fieri non posse, ut ducta per medium circulum linea non sit omnium, quae non per medium ducuntur, maxima, idque esse alicuius disciplinae, immutabilem disciplinam esse non negat.

15

Item nihil, in quo quid semper est, potest esse non semper. Nihil enim, quod semper est, patitur sibi subtrahi

20

10sq. cf. Cic. ac. 1,24 (Hagendahl, Test. 119b) 13 cf. Retract. 1,5,2

2 nec esse] necesse non enim *Lac.m2* (potest *add.sl.*) quod *W.r.* vivi *M* 3 et] neque *U* 4 semper *alt. om.TW* 6 et ante si *add.Lm2sl.* rationamur *Lac.m2Auc.* 7 rationaris *Lac.m2* 8 in quod *Spc.m2* est. non *ST* est *alt. exp.Tm2* (esse *add.mg.*) 9 hominibus *Lac.m2* animo] anima *AU* 11 non *pr. Pm2sl.* esse non potest *U* 13 nec = discit *Tm2mg.* 15 sit] est sit *K* 16 ductam *K* 20 potest – 21 est *om.L*

aliquando id, in quo semper est. Iamvero cum ratiocina-
mur, animus id agit. Non enim id agit nisi qui intellegit. Nec
corpus intellegit nec animus auxiliante corpore intellegit.
quia, cum intellegere vult, a corpore avertitur. Quod enim
5 intellegitur, eiusmodi est semper nihilque corporis eiusmodi
est semper. Non igitur potest adiuvere animum ad intellec-
tum nitentem, cui non impedire satis est.

Item nemo sine disciplina recte ratiocinatur. Est enim
recta ratiocinatio a certis ad incertorum indagationem ni-
10 tens cogitatio nihilque certum est in animo quod ignorat.
Omne autem, quod scit animus, in sese habet nec ullam rem
scientia complectitur, nisi quae ad aliquam pertineat disci-
plinam. Est enim disciplina quarumcunque rerum scientia.
Semper igitur humanus animus vivit.

15 II.2. Ratio profecto aut animus est aut in animo. Me-
lior autem ratio nostra quam corpus nostrum, et corpus
nostrum nonnulla substantia est et melius est esse substan-
tiam quam nihil. Non est igitur ratio nihil.

Rursum, quaecumque harmonia corporis est, in sub-
20 iecto corpore sit necesse est inseparabiliter, nec aliud quic-
quam in illa harmonia esse credatur, quod non aeque neces-

4sq. cf. *Retract.* 1,5,2 11–13 cf. *Retract.* 1,5,2 19–p. 103,10 cf.
Plat. Phaed. 85c – 86d

1 iamvero] id vero *M* cum] in quo *K* 2 id animus agit *U* non
enim id agit *om.L* nisi *exp.Lm2*, ipse *add.sl* 3 nec – intellegit *om.A*
4sq. quod enim intellegitur *Tm2mg.* 5 intellegit *edd.* eiusmodi]
huiusmodi *Pac.m2* nihilque 6 semper *om.M* 8 definitio ratiocinationis
add.ante item nemo *U*, post ratiocinatur *M* rationatur *Lac.m2P* 9
diffinitio ratiocinationis *Sm2mg.* quid ratiocinatio *Wm.al.mg.Amg.*
rationatio *T* 10 cogitatio] cognitio *U* 11 scit] sit *Tac.* se *M* 11sq.
ulla re scientiam *Cpc.* 13 disciplinae diffinitio *Sm2mg.* disciplinae (-na
M) definitio *ante* est enim *add.MU* quid sit disci (!) *Wm.al.mg.*
quarumcunque *A*, quaecumque *cel.* 14 animus humanus *edd.* 16 autem
om.A 19 armonia *codd.exe CK* 21 armonia *codd.exe CK* (item p. 103,1)
21sq. necessarium *WA*

sario sit in subiecto illo corpore, in quo ipsa harmonia non minus inseparabiliter. Mutabile est autem corpus humanum et inmutabilis ratio. Mutabile est enim omne, quod semper eodem modo non est. Et semper eodem modo est ‘duo et quattuor sex’. Item semper eodem modo est, quod ‘quat- 5 tuor habent duo et duo; hoc autem non habent duo: duo igitur quattuor non sunt’. Est autem ista ratio; inmutabilis igitur ratio est. Nullo modo autem potest mutato subiecto id, quod in eo est inseparabiliter, non mutari. Non est igitur harmonia corporis animus. Nee mors potest accidere inmutabilibus rebus. Semper ergo humanus animus vivit, sive ipse ratio sit sive in eo ratio inseparabiliter. 10

III.3. Quaedam constantiae virtus est et omnis constantia inmutabilis est et omnis virtus potest aliquid agere nee, eum agit aliquid, virtus non est. Omnis porro actio 15 (aut) movetur aut movet. Aut igitur non omne, quod movetur, aut certe non omne, quod movet, mutabile est. At omne, quod ab alio movetur nec movet ipsum, aliquid mortale est. Neque mortale quiequam inmutabile. Quare de certo iam et sine ulla disiunctione concluditur non omne, 20 quod movet, mutari.

Nullus autem motus sine substantia; et omnis substantia aut vivit aut non vivit; atque omne, quod non vivit, exanime est, nec est ulla exanimis actio. Illud igitur, quod

1 in quo et *edd.* 1sq. non minus inseparabiliter *del. Fuchs* 2 mutabile – 3 ratio *om. T* 3 inmutabilium *Pac.* 5 est] quod est *add. STMPWAU edd.* 6 autem *om. T* 7 post inmutabilis *interp. STCA lm* inmutabilium *Pac.m2* 8 igitur] *add. inmutabilis Cm3sl.* 10 armonia *codd.exc.C* 10sq. inmutabilis *Pac.m2* 11 humanus *om. lm* 12 sit *tr. post* ratio *alt. CKL* 13 constantia *codd.exc.A m* est *om. K* 14 est *om. TC* 15 non agit *pel* 16 aut *add. Fuchs* 16sq. movetur] movet *STWA, add. movet Cm2mg.K* 17 movet] non movetur *S, movetur T, non movet WA at]* aut *TA, ut Cac.m2* 18 ab alio] ad alia *L* 19 mortale *alt.] -lem M* 20 ulla] illa *CK* 21 mutari] *add. potest Asl.* 22 et] aut *M* 23 atque] *add. i s. e C* 24 igitur] agitur *Lac.*

ita movet, ut non mutetur, non potest esse nisi viva substantia. Haec autem omnis per quoslibet gradus corpus movet. Non igitur omne, quod corpus movet, mutabile est.

Corpus autem non nisi secundum tempus movetur; ad
 5 hoc enim pertinet tardius et celerius moveri. Conficitur esse
 quiddam, quod tempore moveat nec tamen mutetur. Omne
 autem, quod tempore movetur corpus, tametsi ad unum
 finem tendat, tamen nec simul potest omnia facere nec
 potest non plura facere; neque enim valet, quavis ope aga-
 10 tur, aut perfecte unum esse, quod in partes secari potest,
 aut ullum est sine partibus corpus aut sine morarum inter-
 vallo tempus aut vero vel brevissima syllaba enuntietur,
 cuius non tunc finem audias, cum iam non audis initium.
 Porro, quod sic agitur, et expectatione opus est, ut peragi,
 15 et memoria, ut comprehendi queat, quantum potest. Et
 expectatio futurarum rerum est, praeteritarum vero me-
 moria. At intentio ad agendum praesentis est temporis, per
 quod futurum in praeteritum transit, nec coepti motus
 corporis expectari finis potest sine ulla memoria. Quomodo
 20 enim expectatur, ut desinat, quod aut coepisse excidit aut
 omnino motum esse? Rursus intentio peragendi, quae prae-
 sens est, sine expectatione finis, qui futurus est, non potest
 esse; nec est quicquam, quod aut nondum est aut iam non
 est. Potest igitur in agendo quiddam esse, quod ad ea, quae

1 mutetur] movetur *Lac.m2Pac.m2* 2 haec] at *CK* 3 non – movet
alt. om.codd.exc.CKL mutabile] et mutabile *WA*, quod mutabile *PU* 5
 conficitur – 6 mutetur *del.Fuchs* conficitur] confitetur *Pac.m2* 6
 quidam *T* mutetur] movetur *Pac.m2* 7 movetur *Fuchs*, movet
codd.edd. 8 potest] poterit *L* 9 quamvis *P* 11sq. intervalla *Cac.Kac.*
 12 sillaba *PW* enuntietur *Pm2sr.*, nuntietur *ML* 14 peragi] *add.* possit
CK 15 memoria ut] memorari aut *S* et *alt. om.L* 16 est futurarum
 rerum *U*, rerum futurarum est *A* 17 at] aut *A* at – 19 memoria *Pm2mg.*
 18 in futurum *Sac.* cepti *U* 20 aut] autem *M* cepisse *PU* 21
 peragenda *M* 23 quicquam] *add.* praesens *Fuchs* iam] etiam *L* 24
 quidam *T* ad *om.ST* quae] quod *T*

non sunt, pertineat. Possunt simul in agente plura esse, cum
 ea plura, quae aguntur, simul esse non possint. Possunt ergo
 etiam in movente, cum in eo, quod movetur, non possint. At
 quaecumque in tempore simul esse non possunt et tamen a
 futuro in praeteritum transmittuntur, mutabilia sint ne- 5
 cesse est.

4. Hinc iam conligimus posse esse quiddam, quod, cum
 movet mutabilia, non mutatur. Cum enim non mutetur
 moventis intentio perducendi ad finem, quem vult, corpus
 quod movet, illudque corpus, de quo aliquid fit, eodem 10
 motu per momenta mutetur atque illa intentio perficiendi,
 quam inmutatam manere manifestum est, et ipsa membra
 artificis et lignum aut lapidem artificis subiectum moveat,
 quis dubitet consequens esse quod dictum est?

Non igitur, si qua mutatio corporum movente animo 15
 fit, quamvis in eam sit intentus, hinc eum necessario mutari
 et ob hoc etiam mori arbitrandum est. Potest enim in hac
 intentione simul et memoriam praeteritorum et exspecta-
 tionem futurorum habere, quae omnia sine vita esse non
 possunt. Quamquam, etsi nullus interitus sine mutatione sit 20
 et nulla mutatio sine motu, non tamen omnis mutatio
 interitum omnisque motus mutationem operatur. Licet
 enim ipsum corpus nostrum et motum plerumque qualibet
 actione et mutatum certe vel aetate dicere, tamen nondum
 interisse, id est non esse sine vita. Liceat igitur et animum 25

1 non *codd.*, nondum *edd.exc.p* 2 plura] *add.* in eis *Fuchs* possint]
 possunt *A* 3 at] ad ea *S* 3sq. atque cumque *TLW* 4 et *Wm2* 7
 quidam *T* 8 mutatur] -etur *A*, -aetur *SW* cum enim non mutetur
om.LWac.m.al. mutetur *Fuchs*, -atur *codd.edd.* 9 intentio] sententia
C 10 de quo aliquid fit] quod movet *A* 12 et *om.L* 13 et lignum aut
 lapidem artificis *Cm2mg.* 14 consequens] constans *Pac.m2* 15 quam *T*
 corpore *Pac.m2* 16 eam] ea *K* 17 est *om.A* 18 spectationem *T* 20
 sit] fit *CKL* 22 omnisque] omnis *A* 23 motum] mutum *M* 24
 actionem *Cac.K* nondum] non *Pac.m2* 25 vita liceat igitur *P*

non continuo putare privari vita, quamquam ei fortasse per motum mutatio nonnulla contingat.

IV.5. Si enim manet aliquid immutabile in animo, quod sine vita esse non possit, animo etiam vita sempiterna
 5 maneat necesse est. Nam hoc prorsus ita se habet, ut, si primum est, sit secundum. Est autem primum. Quis enim, ut alia omittam, aut rationem numerorum mutabilem esse audeat dicere; aut artem quamlibet non ista ratione constare; aut artem non esse in artifice, etiam eum eam non
 10 exercet; aut eius esse nisi in animo; aut, ubi vita non sit, esse posse; aut quod immutabile est, aliquando esse non posse; aut aliud esse artem, aliud rationem?

Quamvis enim ars una multarum quasi quidam coetus rationum esse dicatur, tamen ars etiam una ratio dici veris
 15 sine atque intellegi potest. Sed sive hoc sive illud sit, non minus immutabilem artem esse conficitur. Artem autem non solum esse in animo artificis, sed etiam nusquam esse nisi in animo manifestum est, idque inseparabiliter. Nam si ars ab animo separabitur, aut erit praeter quam in animo aut
 20 nusquam erit aut de animo in animum continuo transibit. At ut sedes arti nulla sine vita est, ita nec vita cum ratione ulli nisi animae. Nusquam porro esse, quod est, vel, quod immutabile est, non esse aliquando qui potest? Si vero ars de animo in animum transit, in illo mansura, deserens istum.
 25 nemo artem docet nisi amittendo aut etiam non nisi docentis oblivione fit aliquis peritus sive morte. Quae si absurdis-

21sq. cf. *Retract.* 1.5.2

2 nulla *Pac.m2* 5 est} esse *T* 7 aut} ut *Pm2sl.* 10 eius} eam *L*
 nisi *Pm2sl.* 11 posse} non posse *A* aut – non posse *Um2mg., om.A* esse
om.A 13 coetus *M* 14 rationum} -ne *Pac.m2* 17 nusquam *U aelm.*
 numquam *cel.p* 17sq. in animo nisi *M* 19 praeter} *prtm (!)* *A* 20
 continuo *om.A, add.sl.Um2* 21 est sine vita *A* 22 ulli} nulli *C* nisi
om.T vel} aut *A* 23 qui} que *W, eras.S, non edd.exc.p* 25 non *om.L*
 nisi *alt. om.STC'KLW* 26 fit} sit *M* si} sic *S*

sima et falsissima sunt, sicuti sunt, immortalis est animus humanus.

6. At enim si ars aliquando est, aliquando non est in animo, quod per oblivionem atque imperitiam satis notum est, nihil ad eius immortalitatem adfert argumenti huius 5
conexio, nisi negatur antecedens hoc modo: aut est aliquid in animo, quod in praesenti cogitatione non est, aut non est in erudito animo ars musica, cum de sola geometrica cogitat. Hoc autem falsum est; illud igitur verum.

Non autem quicquam se habere animus sentit, nisi 10
quod in cogitationem venerit. Potest igitur aliquid esse in animo, quod esse in se animus ipse non sentiat. Id autem quamdiu sit, nihil interest. Namque si diutius fuerit in aliis animus occupatus quam ut intentionem suam in ante cogitata facile possit reflectere, oblivio vel imperitia nominatur. 15
Sed cum vel nos ipsi nobiscum ratiocinantes vel ab alio bene interrogati de quibusdam liberalibus artibus ea, quae invenimus, non alibi quam in animo nostro invenimus – neque id est invenire, quod facere aut gignere; alioquin aeterna gigneret animus inventione temporali. Nam aeterna saepe 20
invenit. Quid enim tam aeternum quam circuli ratio vel si quid aliud in huiusmodi artibus? Nec non fuisse aliquando nec non fore comprehenditur –, manifestum est etiam inmortalem esse animum humanum et omnes veras rationes in secretis eius esse, quamvis eas sive ignorance sive obli- 25
vione aut non habere aut amisisse videatur.

1 et falsissima *om.A* 5 est] *om.T*, *add.* non *Fuchs* mortalitatem *L* post adfert *interp.AW* argumentum *AW* 6 conexio nisi] connexionis *SCKLAW*, *add.* si *Sm2sl.*, *add.* nisi vel si *Cm3sl.* negetur *edd.exc.p* post antecedens *interp.T* 8 coagitat *T* 9 igitur] dicitur *T* 10 autem *om.M* 11 cogitatione *MTPWU* venerit] invenerit *MP* 14 quam ut] quominus *U* (uel quam ut *mg.*) 18 in – 19 facere *om.A* venimus *Mac.m2* 19 id est] idem *S* inveniri *T* aut] quod *A* gigneretur *T* 20 inventionem] intentionem *T* 21sq. si quid] sicut *Pac.m2* 22 in *om.T*, *eras.S* 23 est etiam] est. et *CK*, etiam est *edd.*

V.7. Nunc quatenus accipienda sit animi mutatio, videamus.

Si enim subiectum est animus arte in subiecto existente neque subiectum inmutari potest quin id, quod in subiecto
 5 est, inmutetur, qui possumus obtinere inmutabilem esse artem atque rationem, si mutabilis animus, in quo illa sunt, esse convincitur? Quae autem maior quam in contraria solet esse mutatio? et quis negat animum, ut omittam cetera, stultum alias, alias vero esse sapientem?

10 Prius ergo, quot modis accipiat animae quae dicitur mutatio, videamus; qui, ut opinor, manifestiores dumtaxat clarioresque nobis duo sunt genere, specie vero plures inveniuntur. Namque aut secundum corporis passiones aut secundum suas anima dicitur inmutari: secundum corporis,
 15 ut per aetates, per morbos, per dolores, labores, offensiones, per voluptates, secundum suas autem, ut cupiendo, laetando, metuendo, aegrescendo, studendo, discendo.

8. Hae omnes mutationes, si non necessario argumento sunt mori animam, nihil quidem metuendae sunt per se
 20 ipsae separatim. Sed ne rationi nostrae adversentur, qua dictum est mutato subiecto omne, quod in subiecto est, necessario mutari, videndum est. Sed non adversantur. Nam illud secundum hanc mutationem subiecti dicitur, per quam omnino mutare cogitur nomen. Nam si ex albo cera

1 nunc autem *m* quatinus *A* animutatio *Lac.m2* 3 subiectus *Spc.Pac.* de subiecto et in subiecto *Smg.* 4 quin et id *lm*, qui ne id *STW*, qui (quia *Cpc.*) nec id *CK* quod in subiecto] in quo subiecto *T* 5 est *om.CK* possumus *A* 9 alias *alt.Pm2sl.* 10 quot] quod *Lac.m2PW* animae accipiat *C* 10sq. quae dicitur animae mutatio *aelm* 11 ut *Pm2sl.* 12 genere] a *s.* e *ult.T* species *Spc.T*, speties *M* 14 *s.* anima *add.* quibus *Lm2* 15 per labores per offensiones *U* 17 aecrescendo *C* (*crese- pc.*) 18 hacc *TA* 19 sinunt *s.* sunt *pr.Lm2* mori *om.K* metuenda *M* 20 qua] quia *Sac.WA* 21 omne quod in subiecto est *Cm2mg.* 22 necessario *om.A* 23 subiectio *W* 24 cera *om.S*

nigrum colorem ducat alicunde, non minus cera est, et si ex quadrata rotundam formam sumat et ex molli durescat frigescatque ex calida. At ista in subiecto sunt et cera subiectum. Manet autem cera non magis minusve cera, cum illa mutantur. Potest igitur aliqua mutatio fieri eorum, quae in subiecto sunt, cum ipsum tamen iuxta id, quod hoc est ac dicitur, non mutetur. At si eorum, quae in subiecto sunt, tanta conmutatio fieret, ut illud, quod subesse dicebatur, dici iam omnino non posset – veluti cum calore ignis cera in auras discedit eamque mutationem patitur, ut recte intelligatur mutatum esse subiectum, quod cera erat, et cera iam non est –, nullo modo aliqua ratione quicquam eorum, quae in illo subiecto ideo erant, quia hoc erat, remanere putarentur.

9. Quamobrem, si anima subiectum est, ut supra diximus, in quo ratio inseparabiliter, ea necessitate qua quaeque in subiecto esse monstrantur, nec nisi viva anima potest esse anima nec in ea ratio potest esse sine vita et immortalis <est> ratio, immortalis est anima. Prorsus enim nullo pacto non existente subiecto suo inmutabilis ratio maneret. Quod eveniret, si tanta accideret animae mutatio, ut eam non animam faceret, id est mori cogeret. Nulla autem illarum mutationum, quae sive per corpus sive per ipsam in anima

1 alicunde] aliunde *KA* 2 et *om.A* durescat] arescat *CK* 3 frigescatque *K elm*, frigescat *C*, rigescatque *cet. pa* calido *U* at] et *MUPsl.* 6sq. ac dicitur] acciditur *M*, aut dicitur *U* 7 at] ut *S* 10 eamque – patitur *om.A* 12 quicquam *W* 13 quia] qui *M* erant *SM* remanere] quae manere *SWA* 16 inseparabiliter] *add. est Fuchs* ea – 17 monstrantur *del.Fuchs adnotationem marginalem in textum receptam esse suspicans* 16sq. qua quaeque *SCm3sl.*, qua quae *Lpc.m2*, quoque quae *Cm1K Lm1A*, quo quaeque *WP*, quoque qua *U edd.*, quoque *MT* 17 monstratur *U edd.* 17sq. potest esse anima *Sm2sl.* 18 esse anima – potest *om.L* 19 est *pr.m, om.codd. pael* pacto] peccato *L* 20 manet *Tac.m2*, permaneret *edd.exc.p* 23 quae *Lpc.P*, quas *Lac. cet.* se ipsam *CK* in anima] animam *Spc.TPUpc.*

fiunt — quamvis, utrum aliquae per ipsam fiant, id est, quarum ipsa sit causa, non parva sit quaestio —, id agit, ut animam non animam faciat. Iam igitur non solum per se, verum nec nostris rationibus formidandae sunt.

5 VI.10. Ergo incumbendum omnibus ratioecinandi viribus video, ut ratio quid sit et quoties definiri possit, sciatur, ut secundum omnes modos et de animae immortalitate constet.

Ratio est aspectus animi, quo per seipsum, non per
10 corpus verum intuetur, aut ipsa veri contemplatio, non per corpus, aut ipsum verum, quod contemplatur.

Primum illud in animo esse nemo ambigit; de secundo et tertio quaeri potest; sed et secundum sine animo esse non potest. De tertio magna quaestio est, utrum verum illud,
15 quod sine instrumento corporis animus intuetur, sit per seipsum et non sit in animo aut possitne esse sine animo. Quoquolibet modo autem se habeat, non id posset contemplari animus per seipsum nisi aliqua coniunctione cum eo. Nam omne, quod contemplamur sive cogitatione capimus,
20 aut sensu aut intellectu capimus. Sed ea, quae sensu capiuntur, extra nos etiam esse sentiuntur et locis continentur, unde ne percipi quidem posse adfirmantur. Ea vero, quae intelleguntur, non quasi alibi posita intelleguntur quam

2 ipsam *L* 3 animam *pr.*] anima *A* 5 racionandis (t. s.c.) *W*,
ratiotinandis *A* 6 quotiens *STCLA*, quociens *K* defini (!) *M*, definire
Tac. 7 et *Pm2sl.* 9 definitio rationis *Smg.*, diffinitio rationis *add. ante*
Ratio est *U* ipsum *M* 10sq. non per corpus *del. Fuchs* 11 aut *om. CK*
quod *om. CK* 13 quaeri — 14 potest *om. L* 15 sit] Si *C* (vel sit *m3sl.*),
sit nec *L* 16 se ipsam *Sac. W* possitne esse] possit necesse *MC*, non
possit esse *L* 17 possit *L* 19 nam] non *Pac.m2* contemplatur *Kac.*
cogitatione] cognitione *SMCKac. PU p, add. al. cogitatione Sm2sl.*, cogi-
tatione vel cognitione *L* capiamus *Lac.* 20 aut *pr.* — capimus *om. L* 21
nos etiam *P*, etiam nos *cet. edd.*, etiam *del. Fuchs* 22 ne] nec *CK Pac.m2*
23 quasi] quia si *CK, add. vel quasi Cm3sl.*

ipse qui intellegit animus; simul enim etiam intelleguntur non contineri loco.

11. Quare ista coniunctio intuentis animi et eius veri, quod intuetur, aut ita est, ut subiectum sit animus, verum autem illud in subiecto; aut contra subiectum verum et in subiecto animus; aut utraque substantia. Horum autem trium si primum est, tam est immortalis animus quam ratio, secundum superiorem disputationem, quod inesse illa nisi vivo non potest. Eadem necessitas in secundo est. Nam si verum illud, quod ratio dicitur, nihil habet commutabile, sicut adparet, nihil commutari potest, quod in eo tamquam in subiecto est. Remanet igitur omnis pugna de tertio. Nam si animus substantia est et substantia rationi coniungitur, non absurde quis putaverit fieri posse, ut manente illa hic esse desinat. Sed manifestum est, quamdiu animus a ratione non separatur eique cohaeret, necessario eum manere atque vivere. Separari autem qua tandem vi potest? Num corporea, cuius et potentia infirmior et origo inferior et ordo separatio? Nullo modo. Animalis ergo? Sed etiam id quo modo? An alter animus potentior, quisquis est, contemplari rationem non potest, nisi alterum inde separaverit? At

1 enim *om. Mac. A, del. Fuchs* 4 subiectus *K* 6 subiecto] *add.* quaecumque in contemplatione nostra sunt aut sensibilia sunt id est secundum corpus aut intellegibilia secundum animum. Et illa quae corporaliter sentiuntur aut in se ipso corpus habet aut extra se, in se ipso sicut aures et oculos et omnia quae corpus habet, extra se sicut caelum et terram et omnia quae sunt intrinsecus(!). Illa vero, quae intellegit animus non alibi sicut sensibilia sed in semet ipso habet *K Paris. lat. 2697 (s. XI)*. Videtur esse nota marginalis ad p. 110, 20sq. spectans, quae falso loco in textum inserta est utrumque *elm* 7 est *alt.*] et *Sac. m2T* 8 superiorem] priorem *Pac. m2* quod] quo *T* 9 secundum *Lac. m2* si *om. A* 10 commutabile – 11 nihil *om. M* 11 commutare *T* 12 subiecto] subdito *T* 13 et *om. A* substantia *alt.*] -iae *CK* rationi] ratio cui *Angers 284 m* 14 fieri *Pm2sl.* 16 separetur *T* 17 qua tandem vi] quo tandem ut *Cac. m3K* num] nunc *S* 18 et *tert. om. L* 19 id *codd.*, in *m* 20 an alter] in altero *ST* 21 ratione *MT*

neque ratio cuiquam contemplanti defuerit, si omnes contemplentur, et cum nihil sit ipsa ratione potentius, quoniam nihil est inconmutabilius, nullo pacto erit animus nondum rationi coniunctus eo, qui est coniunctus, potentior. Restat,
 5 ut aut ipsa ratio a se ipsum separet aut ipse animus ab ea voluntate separetur. Sed nihil est in illa natura invidentiae, quominus fruendam se animo praebeat. Deinde quo magis est, eo <magis> quicquid sibi coniungitur, facit, ut sit, cui rei contrarius est interitus. Voluntate autem animum separari
 10 a ratione non nimis absurde quis diceret, si ulla ab invicem separatio posset esse rerum, quas non continet locus. Quod quidem dici adversus omnia superiora potest, quibus alias contradictiones opposuimus.

Quid ergo? Iamne concludendum est animum esse in-
 15 mortalem? an, etiamsi separari non potest, extinguere potest? At si illa rationis vis ipsa sua coniunctione adficit animum – neque enim non adficere potest –, ita profecto adficit, ut ei esse tribuat. Est enim maxime ipsa ratio, ubi summa etiam inconmutabilitas intellegitur. Ita quaecumque ex se
 20 adficit, cogit esse quodammodo. Non ergo extinguere animus potest nisi a ratione separatus; separari autem non potest, ut supra ratiocinati sumus. Non potest igitur interire.

1 cuiquam] cui *L* si] etiam si *Fuchs* contemplantur *L* 2 quoniam *CPm1*, quod *A*, qua *Angers* 284 *lm*, quo *Pm2* *cet. pae* 4 eo qui est coniunctus *Wm.al.*, *om.L* 5 separat *Lac.m2* 6 in (*sl.*) voluntate *P* 7 fruendum *CKL* animo] animis *STCKPWA*, animus *ML* quo] quod *Cac.KL* 8 magis *add.Fuchs* cui – 9 interitus *om.A* 9 autem *om.A* animus *U* 10 non nimis] nominis *A* quis] qui se *Cac.K* ulla] illa *Pac.* 11 possit *L* 13 posuimus contradictiones *S* 14 iam *Wac.m2* 15 an *U* an etiam] al. manet etiam *Sm2sl.* 16 si *om.A* coniunctionem *T* 17 adficere] efficere *M* 18 tribuatur *Pac.* 19 ita quaecumque] itaque eum quem *U m*, itaque quaecumque *ae*, itaque quocumque *p* 22 ratiocinati *Lac.m2U*, ratiocinati *Wac.m2*

VII.12. At enim aversio ipsa a ratione, per quam stultitia contingit animo, sine defectu eius fieri non potest. Si enim magis est ad rationem conversus eique inhaerens, ideo quod inhaeret incommutabili rei, quae est veritas, quae et maxime et primitus est, cum ab ea est aversus, id ipsum esse minus habet, quod est deficere. Omnis autem defectus tendit ad nihilum; et interitum nullum magis proprie oportet accipi quam cum id, quod aliquid erat, nihil fit. Quare tendere ad nihilum est ad interitum tendere. Qui cur non cadat in animum, vix est dicere, in quem defectus cadit. 5 10

Dantur hic cetera, sed negatur esse consequens interire id, quod tendit ad nihilum, id est ad nihilum pervenire. Quod in corpore quoque animadverti potest. Nam quoniam quodlibet corpus pars est mundi sensibilis, et + + + ideo, quanto maius est locique plus occupat, tanto magis propinquat universo; quantoque id magis facit, tanto magis est. Magis enim est totum quam pars. Quare etiam minus sit, cum minuitur, necesse est. Defectum ergo patitur, cum minuitur. Porro autem minuitur, cum ex eo aliquid praecisione detrahitur. Ex quo conficitur, ut tali detractio- 15 20 dat ad nihilum. At nulla praecisio perducit ad nihilum. Omnis enim pars, quae remanet, corpus est, et quicquid hoc

1 a om. WA 3 ad] a M ideo] in eo CKL 4 quae pr. aelm, quod codd.p 5 et Pm2sl. adversus SM 7 et – 9 nihilum om.S post interitum interp.MKLWA 8 fit] sit MA 9 cur, quur codd. promiscue (sim. saepe) 10 in alt.] ad Pac.m2 12 perveniret Cac.K 13 nam quoniam] namque Lpc.m2 14 post et lacunam statuit Fuchs excidisse fere pro magnitudine sua locum occupat suspicans et fortasse delendum est 15 maius] magis LW plus] prius CK, vel plus Cm3sl. magis aelm, om.codd.p 16 quantoque om.A, tantoque P id om.A magis pr.edd., om.codd. facit U edd., om.cet. tanto om.PA magis est om.A maius Tm2 s. magis alt. 17 maius Tm2 s. magis est enim A totus M etiam Pm2mg. 18 cum minuitur] comminuitur Pac., conminuitur U necesse – 19 minuitur pr. Cm2mg. 19 porro – 20 detrahitur om.A 21 at – nihilum om.A 22 et om.CK

- est, quantolibet spatio locum occupat. Neque id posset, nisi haberet partes, in quas identidem caederetur. Potest igitur infinite caedendo infinite minui et ideo defectum pati atque ad nihilum tendere, quamvis pervenire numquam queat.
- 5 Quod item de ipso spatio et quolibet intervallo dici atque intellegi potest. Nam [et] etiam de his terminatis dimidiam verbi gratia partem detrahendo et ex eo, quod restat, semper dimidiam minuitur intervallum atque ad finem progreditur, ad quem tamen nullo pervenitur modo. Quo minus
- 10 hoc de animo formidandum est. Est enim profecto corpore melior et vivacior, a quo huic vita tribuitur.

- VIII.13. Quod si non id, quod est in mole corporis, sed id, quod in specie, facit corpus esse, quae sententia invictiore ratione adprobatur – tanto enim magis est corpus,
- 15 quanto speciosius est atque pulchrius, tantoque minus est, quanto foedius ac deformius, quae defectio non praecisione molis, de qua iam satis actum est, sed speciei privatione contingit –, quaerendum de hac re diligenter ac discutendum est, ne quis adfirmet animum tali defectu interire, ut,
- 20 quoniam specie aliqua sua privatur, dum stultus est, credatur in tantum augeri posse hanc privationem, ut omni modo specie spoliet animum et ea labe ad nihilum redigat cogat-

2 habere *Cac.m3* cederetur *S* 3 caedendo infinite *om.L* cedendo *S* patiat quae *K* 5 spatio *Sm2sl.*, *om.W* quolibet] libet *M*, quodlibet *WA* dici atque] dicat quae *W* 6 et *del.Fuchs* etiam de his *Fuchs*, et de his etiam *codd.edd.* interminatis *S* dimidia *A* 7 partem *om.A* 8 dimidia *SWA* progreditur] proceditur *TKLPac.m2* 9 tamen *Pm2sl.* 10sq. melior corpore *AWU* 11 huic] hic *Cac.* 12 est – 13 quod *om.L* 13 sententiae *K* in victore *CK* 14 magis] maius *MTpc.m2* 16 fedius *S* 17 qua] quo *MPpc.m2* iam *om.A* actum] iactum *L* est *om.A* privatione] probatione *T*, in probatione *S* (al. privatione *m2sl.*), putatione *el* 18 re *om.CKL* 19 defecto *P* 20 speciali qua *Lac.m2* credatur] privatur *K* 21 privatio *Lac.m2* omnimoda *TCKPac.m2* 22 species *K* spoliet] expoliet *U*

que interire. Quamobrem si potuerimus impetrare, ut ostendatur ne corpori quidem hoc posse accidere, ut etiam ea specie privetur, qua corpus est, iure fortasse obtinebimus multo minus auferri posse animo, quo animus est, siquidem nemo se bene inspexit, qui non omni corpori qualemlibet 5 animum praeponendum esse fateatur.

14. Sit igitur nostrae ratiocinationis exordium, quod nulla res se facit aut gignit; alioquin erat antequam esset. Quod si falsum est, illud est verum.

Item, quod factum ortumve non est et tamen est, 10 sempiternum sit necesse est. Quam naturam et excellentiam quisquis dat ulli corpori, vehementer errat quidem. Sed quid pugnamus? Multo enim magis eam dare animo cogimur. Ita, si corpus ullum est sempiternum, nullus animus non sempiternus est, quoniam quilibet animus cuilibet 15 corpori praeferendus est et omnia sempiterna non sempiternis.

At si, quod vere dicitur, factum est corpus, aliquo faciente factum est nec eo inferiore. Neque enim esset potens ad dandum ei, quod faceret, quicquid illud est, quod est 20 id, quod faciebat.

Sed ne pari quidem; oportet enim facientem melius aliquid habere ad faciendum quam est id, quod facit. Nam de gignente non absurde dicitur hoc eum esse, quod est illud, quod ab eo gignitur. Universum igitur corpus ab 25 aliqua vi et natura potentiore atque meliore factum est, non

1 ut *om. U* 2 nec *U* 3 ea *om. U* 4 quo] quod *U* 5 qui non *AU*, quin *cet.* 8 faciat *U* gignat *U* 9 si] sit *Cac. K* 11 naturam et] nature *U* 12 ullo *A* ulli corpori dat *m*, u.c. tribuit *pacl* errat vehementer *m* 14 cogitur *Pac. U* ullum] nullum *L*, illum *M* 15 quoniam *om. A* quilibet animus *om. L* cuilibet] quilibet *Lac.* 16 praeferendum *MTac. Pac. m2* et – sempiternis *del. Fuchs* 18 factus *MTac. Cac.* 20 quod *pr.*] quam *M* quod *alt.*] quo *K* 21 faciebat] fiebat *U* 23 ad *Pm2sl.* 24 gignante *M* 25 ab eo] habeo *Cac.* 26 vi et] viget *K*

utique corporea. Nam si corpus a corpore factum est, non potuit universum fieri. Verissimum est enim, quod in exordio ratiocinationis huius posuimus, nullam rem a se posse fieri.

5 Haec autem vis et natura incorporea effectrix corporis universi praesente potentia tenet universum. Non enim fecit atque discessit effectumque deseruit. Ea quippe substantia, quae corpus non est neque, ut ita dicam, localiter movetur, ut ab ea substantia, quae locum obtinet, separari
10 queat, et illa effectoria vis vacare non potest quin id, quod ab ea factum est, tueatur et specie carere non sinat, qua est, in quantumcumque est. Quod enim per se non est, si destituitur ab eo, per quod est, profecto non erit; et non possumus dicere id accepisse corpus, cum factum est, ut seipso
15 iam contentum esse posset, etiamsi a conditore desereretur.

15. Quamquam si ita est, magis id habet animus, quem corpori praestare manifestum est. Atque ita de proximo immortalis probatur, si potest esse per seipsum. Quicquid enim tale est, incorruptibile sit necesse est ac per hoc inter-
20 ire non possit, quia nihil se deserit. Sed corporis mutabilitas in promptu est, quod ipsius universi corporis universus motus satis indicat. Unde diligenter inspicientibus, quantum talis natura inspicere potest, ordinata mutabilitate id, quod inmutabile est, imitari reperitur. Quod autem per se

1 est *om.A* 3 huius ratiocinationis *A* 5 incorporea] in corpore *STLW* effectrix *Tac.CK* 6 praesente] *add.* potente *P* 7 effectum *Lac.m2* 8 quae] qua *L* 9 locus *P* 10 vis vacare] vi sua carere *Sac.P* qui in id *C* (vel quin id *m3sl.*) 11 sinant *M*, sinent *T* qua] quae *P* 12 quantumque *Cac.m3KP* destituitur *Sac.* 13 id quod *P* 14 seipso] ipso *M*, si ipso *P* 15 contentum *Cac.m3*, contemptum *K* possit *L* a *om.C* 16 est] esset *L* id habet] adhibeat *A* haberet *L*, habeat *A* 18 probatus *Cac.m3* 19 tale] telo *T* 21 inpromptum *STLac.* 23sq. id quod inmutabile *Cm2mg.* 24 inmutabile] vel mutabile *Tm2sl.*, mutabile *recc. codd. e.g. Paris.lat.1930 (s.XII), Paris lat. 16275 (s.XII) aelm* imitari] mutari *Tpc.m2Lpc.m2 aelm*

est, ne motu quidem opus habet ullo omni copia sibi seipso
existente, quia motus omnis ad aliud est, cuius indiget
quod movetur.

Adest igitur species universo corpori meliore natura
sufficiente atque obtinente, quae fecit; quare illa mutabili- 5
tas non adimit eorpori eorpus esse, sed de specie in speciem
transire facit motu ordinatissimo. Non enim quaequam eius
pars ad nihilum redigi sinitur, cum totum capessat vis illa
effectoria nec laborante nec deside potentia, dans, ut sit
omne, quod per illam est, in quantum est. 10

Quamobrem nemo tam devius a ratione debet esse, cui
aut non sit certum corpore animum esse meliorem aut qui
hoc concessio arbitretur corpori non accidere, ut corpus non
sit, animo accidere, ut animus non sit. Quod si non accidit
neque animus esse, nisi vivat, potest, numquam profeeto 15
animus moritur.

IX.16. Quod si quisquam non eum interitum dieit for-
midandum animo, quo effieitur, ut nihil sit, quod aliquid
fuit, sed eum, quo dicimus ea mortua, quae vita carent,
adtentat, quod nulla res seipsa earet. Est autem animus 20
vita quaedam, unde omne, quod animatum est, vivere,
omne autem inanime, quod animari potest, mortuum, id est
vita privatum intellegitur. Non ergo potest animus mori.
Nam si carere poterit vita, non animus, sed animatum
aliquid est. 25

1 ne motu quidem opus habet *m*, ne motum quidem opus habet
codd. (ne *om.P*), ne motum quidem habet *pacl* ullum *codd. pacl*, ullo *m*
in se ipso *corr. Fuchs* 2 ad] *om.P*, ab *M* 4 meliori *CK* 5 quae] quod
P 8 sinit *A* 9 effectiori *K* 13 concessio] -sit *CK* accideret *K* 14
animo – sit *alt. om.CK* 18 ut] quo *A* si nihil *T* sit] fit *A* quod]
quo *A* 19 fuit *CKU*, fit *cet.* 21 quidam *Mpc.* vivere] *add.* potest *U*
22 inanimatum *A*, in animo *P* 24 nam *om.LP* potuerit *Spc.m2TP*, potest
A 25 aliquod est *A*, aliquidem *Lac.m2*

Quod si absurdum est, multo minus hoc genus interitus
timendum est animo, quod vitae certe non est timendum.
Nam prorsus, si tunc moritur animus, cum eum deserit vita,
illa ipsa vita, quae hunc deserit, multo melius intellegitur
5 animus, ut iam non sit animus, quicquid a vita deseritur,
sed ea ipsa vita, quae deserit. Quicquid enim <a> vita deser-
tum mortuum dicitur, id ab anima desertum intellegitur;
haec autem vita, quae deserit ea, quae moriuntur, quia ipsa
est animus et seipsam non deserit, non moritur animus.

10 X.17. Nisi forte vitam temperationem aliquam corpo-
ris, ut nonnulli opinati sunt, debemus credere. Quibus pro-
fecto numquam hoc visum esset, si ea, quae vere sunt et
incommutabilia permanent, eodem animo a corporum con-
suetudine alienato atque purgato videre valuissent. Quis
15 enim bene se inspiciens non expertus est tanto se aliquid
intellexisse sincerius, quanto remove atque subducere
intentionem mentis a corporis sensibus potuit? Quod si
temperatio corporis esset animus, non utique id posset
accidere. Non enim ea res, quae naturam propriam non
20 haberet neque substantia esset, sed in subiecto corpore
tamquam color et forma inseparabiliter inesset, ullo modo
se ab eodem corpore ad intellegibilia percipienda conaretur
avertere et, in quantum id posset, in tantum illa posset
intueri eaque visione melior et praestantior fieri. Nullo
25 quippe modo forma vel color vel ipsa etiam corporis tempe-
ratio, quae certa conmixtio est earum quattuor naturarum,

2 timendum] formidandum A vitae] vitet W 4 illi Cac.K 5 a
om.T 6 a suppl.Fuchs desertum – 7 anima om.K 8 ipse A 10
intemperationem A 11 a quibus C 12 hoc numquamquam A 13
permanente Cac.K corpore Kac. 14 alienate Cac.K videre] inspicere
U valuisset P 17 intentionem] inventionem W sensibus corporis L
sensibus – 18 corporis Km2mg. 19 accedere K enim om.L 21 formam
M 22 percipietur M 23 posset pr.] possit Lac.m2 in alt. – posset alt.
om.P posset illa et U 24 visionem Cac.K 26 certe P

quibus idem corpus subsistit, avertere se ab eo potest, in quo subiecto est inseparabiliter.

Ad hoc: ea, quae intellegit animus, cum se avertit a corpore, non sunt profecto corporea, et tamen sunt maximeque sunt; nam eodem modo semper sese habent nihilque absurdus dici potest quam ea esse, quae oculis videmus, ea non esse, quae intellegentia cernimus, cum dubitare dementis sit intellegentiam incomparabiliter oculis anteferri. Haec autem, quae intelleguntur eodem modo sese habentia, cum ea intuetur animus, satis ostendit se illis esse coniunctum, miro quodam eodemque incorporali modo, scilicet non localiter. Namque aut in illo sunt aut ipse in illis. Et utrumlibet horum sit, aut in subiecto alterum in altero est aut utrumque substantia est. Sed si illud primum est, non est in subiecto corpore animus, ut color et forma, quia vel ipse substantia est vel alteri substantiae, quae corpus non est, in subiecto inest. Si autem hoc secundum verum est, non est in subiecto corpore tamquam color animus, quia substantia est. Temperatio autem corporis in subiecto corpore est tamquam color: non est ergo temperatio corporis animus, sed vita est animus; et se nulla res describit; et id moritur, quod vita deserit: non igitur animus mori potest.

XI.18. Rursus igitur, si quid metuendum est, id est metuendum, ne deficiendo animus intereat, id est dum ipsa

1 idem] id est *Lac.m2* non potest *A* 3 haec *U* *edd.* averterit *A* 4 profecto] pro peccato *CK*, *add.* vel profecto *Cm3sl.* corpora *P* et *om.P* 5 sese] esse *CL* nihilque] nam nihil *A* *edd.exc.p* 7 esse *om.C* 9 sese *Spc.m2MP*, esse *et.* 10 esset *K* 11 incorporali] incomparabili *M* modo incorporali *L* 12 aut *pr.et alt.*] ut *P* aut in illo] ut illo *C* (vel aut in illo *m3mg.*) et] aut *M* 14 si *om.codd.exc.KL* *edd.* primum] *add.* verum *LU* est *alt. om.pael* 15 ipsa *CA* 16 alterius *Spc.m2TL* quae] quam *L* est in *exp.Lm2*, *add.* enim *sl.* in] ut *Fuchs* 17 inest] est *P* 19 est *alt. om.P* 21 sed] et *MCKP* sed – animus *om.A* sed – 22 deserit *Um2mg.* sed – 22 potest *del.Fuchs* se] si *PA* se deserit *A* 23sq. id metuendum est *PA* 24 dum] de *Wac.*, natura *P*

exsistendi specie privatur. De qua re quamquam satis esse dictum arbitrer et, quam hoc fieri non possit, certa ratione monstratum sit, tamen etiam hoc adtendendum est, non esse aliam causam huius formidinis nisi quia fatendum est
 5 in defectu quodam esse animum stultum et in essentia certiore atque pleniore sapientem.

Sed si, quod nemini dubium est, tunc est animus sapientissimus, cum veritatem, quae semper eodem modo est, intuetur eique immobilis inhaeret divino amore coniunctus
 10 et illa omnia, quae quoquo modo sunt, ab ea essentia sunt, quae summe maximeque est, aut ab illa est animus, in quantum est, aut per seipsum est. Sed si per seipsum est, quoniam ipse sibi causa exsistendi est et numquam se deserit, numquam interit, ut supra etiam disputavimus. Si vero
 15 ex illa, diligenter opus est quaerere, quae res ei possit esse contraria, quae animo auferat animum esse, quod illa praebeat. Quid est igitur? An forte falsitas, quia illa veritas? Sed manifestum est atque in promptu situm, quantum nocere animo falsitas possit. Num enim amplius potest quam fallere?
 20 lere? At nisi qui vivit, fallitur nemo. Non igitur falsitas interimere animum potest. Quod si haec non potest, quae contraria veritati est, auferre animo animum esse, quod ei veritas dedit – ita enim est invictissima veritas –, quid aliud

1 quamquam] numquam *P* satis esse *om.A* 1sq. dictum esse *P*
 2 posset *Pac.* 3 sit *om.CKL* adtendendum] attendum *A* 4 est] est.
 Est *M* 5 in *om.K* 6 certatore *C* (vel certiore *m3sl.*) 7 nemini] memini
AW 10 illa – sunt *alt. om.S* illa omnia] in illa *P*, illa omnium *CK pael*,
 omnium illa *L* quae] quo *Lpc.m2* quoquo modo] quomodo *Tac.LP*
 sunt *pr. om.L* ab ea essentia sunt *U edd. exc.p, om.cet.* 11 quae *SA*
edd., om.cet. 12 seipsum *pr.] ipsum K* si *Lm2sl.* est *alt. om.codd. p*
 13 causam *Cac.K* 14 etiam] iam *A* 15 possit ei *U*, posset *M* 16 quae]
 quo *CK, add.* vel quae *Cm3sl.* auferat] auferri *P* praebeat *Pac.m2* 17
 est *om.A* sed] *add.* non *STMPAW pael* 18 situm *om.A* in quantum
A 19 animi *M* 23 est enim *U*

invenietur, quod auferat animo id, quod est animus? Nihil profecto; nam nihil est contrario valentius ad id auferendum, quod fit ab eius contrario.

XII.19. At si veritati contrarium ita quaeramus, non in quantum veritas est, sed in quantum summe maximeque est, quamquam in tantum est idipsum, in quantum est veritas – siquidem veritatem eam dicimus, qua vera sunt omnia, in quantumcumque sunt; in tantum autem sunt, in quantum vera sunt –, tamen nullo modo id defugerim, quod mihi evidentius suffragatur. Nam si nulla essentia, in quantum essentia est, aliquid habet contrarium, multo minus habet contrarium prima illa essentia, quae dicitur veritas, in quantum essentia est. Primum autem verum est. Omnis enim essentia non ob aliud essentia est, nisi quia est. Esse autem non habet contrarium nisi non esse: unde nihil est essentiae contrarium. Nullo modo igitur res ulla esse potest contraria illi substantiae, quae maxime ac primitus est. Ex qua si habet animus idipsum, quod est – non enim aliunde hoc habere potest, qui ex se non habet, nisi ab ea re, quae illo ipso est animo praestantior –, nulla res est, qua id amittat, quia nulla res ei rei est contraria, qua id habet; et propterea esse non desinit. Sapientiam vero quia conversione habet ad id, ex quo est, aversione illam potest amittere. Conversioni namque aversio contraria est. Illud vero,

1 quod *pr.*] quo *CKL* auferatur *STCKLWA* id quod est] id est *Lac.*, idem *Lpc.m2* **2** contraria *M* **4** at] ut *S* quaeremus *C* non] ut non *A* in] id *T* **5** quantum *pr.* – in *om.T* sed] *add.* si *CK* summe] brevissime *P* **8** in *pr. om.TMCLW* et in tantum *U* **9** quanta *K* effugerim *A* **11** aliquid *A* multo – **12** contrarium *om.P* minus *Sm2sl.* **14** enim *om.A* **16** potest esse *PA* **17sq.** ex qua si] et quasi *KA* **19** ea] illa *A edd., om.L* **21** admittat *U* ei est contraria rei *U* rei *om.CK* est *om.A* qua] quia *SMPWA* **22sq.** conversionem *ST'A* **23** habet] *add.* et *A* illa *TW*, illum *CK* **24** adversio *S*

quod ex eo habet, cui nulla res est contraria, non est, unde possit amittere. Non igitur potest interire.

XIII.20. Hic forte oboriatur nonnulla quaestio, utrum, sicut non interit animus, ita nec in deteriore commutetur
 5 essentiam. Videri enim cuiquam potest, neque iniuria, id effectum esse ratiocinatione hac, ut animus ad nihilum pervenire non possit, converti autem in corpus forsitan possit. Si enim, quod erat ante animus, corpus fuerit effectum, non utique omnino non erit. Sed hoc fieri non potest,
 10 nisi aut ipse id velit aut ab alio cogatur. Nec continuo tamen animus, sive ipse id adpetierit sive coactus fuerit, poterit corpus esse. Illud enim sequitur ut, si sit, velit aut cogatur. At illud non sequitur, ut, si velit aut cogatur, sit.

Numquam autem volet. Nam omnis eius adpetitus ad
 15 corpus, aut ut id possideat, est, aut ut vivificet, aut ut quodammodo fabricetur, aut quolibet pacto ei consulat. Nihil autem horum fieri potest, si non sit corpore melior. At si erit corpus, melior corpore profecto non erit. Non igitur corpus esse volet. Neque ullum rei huius certius argumen-
 20 tum est quam cum seipsum hinc interrogat animus. Ita enim facile comperit adpetitum se non habere nisi agendi aliquid aut sciendi aut sentiendi aut tantummodo vivendi, in quantum sua illi potestas est.

1 est *pr. om. C* est *alt. om. T* 2 igitur] *add. enim P* 3 forte] *legi P*, fortasse *CK* aborietur *P* 4 non sicut *A* interit] *interimit A* 5 enim *om. W* quipiam *M* neque] *nonque LWA* iniuriam *Sac. Pac.* 6 nichil *U* 7 non possit pervenire *edd.* 8 effectum fuerit *U* 10 id] *idem Spc. m2T* alio] *illo M* post continuo *distinx. M* 13 cogitur *Cac. K* at] aut *K* 15 ut *alt.] add. id A, om. L* ut *tert. om. M* 16 quodlibet *Tac. Lac. P* ei pacto *P* 17 horum *om. P* at – 18 melior *Sm2mg.* 18 melior] *melius U* 19 corpus esse *AU aelm*, esse corpus *cel. p* rei *om. P* 20 seipsum] se *A* 22 aut *alt.] vel K*, aut vel *SMCLAU* tantummodo] *postmodum P* 23 illa *A*

21. Si autem cogitur corpus esse, a quo tandem cogitur?
 A quolibet, certe a potentiore. Non ergo ab ipso corpore
 <cogi> potest. Nullo enim modo ullo animo ullum corpus
 potentius. Potentior autem animus non cogit in aliquid, nisi
 quod suae potestati subditum est. Nec ullo modo animus
 potestati alterius animi nisi suis cupiditatibus subditur.
 Cogit ergo ille animus non amplius quam quantum eius
 quem cogit cupiditates sinunt. Dictum est autem cupidi-
 tatem non posse animum habere, ut corpus sit. Illud etiam
 manifestum est ad nullam suae cupiditatis expletionem
 pervenire, dum amittit omnem cupiditatem; et amittit,
 dum corpus fit. Non igitur potest ab eo cogi, ut fiat, qui
 cogendi ius nisi per subditi cupiditates non habet. Deinde
 quisquis animus alterum animum habet in potestate, magis
 eum necesse est velit in potestate habere quam corpus et ei
 vel bonitate consulere vel malitia imperitare. Non ergo
 volet, ut corpus sit.

22. Postremo iste animus cogens aut animal est aut
 caret corpore. Sed si caret corpore, in hoc mundo non est;
 et si ita est, summe bonus est nec potest velle alteri tam
 turpem conmutationem. Si autem animal est, aut animal
 est etiam ille, quem cogit, aut non est. Sed si non est, ad
 nihil cogi ab alio potest. Non enim habet potentio-
 rem, qui

19 cf. *Retract.* 1,5,3

9 corpus sit *des.W*

1 corpus cogitur *U* 3 cogi *edd. exc.p, om.codd.* 4 aliquid] aliquibus
T 5 potestatem *P* 8 cogi *T pael* sinunt] si sunt *P* cupiditatem]
 cupidum *P* 9 habere animum *CKL* habere] cogere *Sm2sl.WA,*
om.MTP 12 ab eo potest *S* ut] *add. id CK* ut fiat *om.A* 13 ius]
 vis *CK* 14 in potestatem *S* magis] *add. autem Lac.m2* magis - 15
 potestate *om.M* 15 velit necesse est *A* 16 vel *pr.]* velit *P m* bonitatem
Cac.K malitiam *CK* imperitare] inperitiare *C*, inperitiare *K*, imperare
U 18 postremo] post mortem *P* aut animal] ut animale *K* 19 caret
pr. et alt.] carere *A* 20 alter *K* tam] quam *P* 21 animal est] animale
K est *om.A* 23 nihilum *CK*

in summo est. Si autem in corpore est, ab eo rursus, qui in corpore est, per corpus cogitur, ad quodcumque cogitur. Quis autem dubitet nullo modo per corpus fieri tantam commutationem animo? Fieret enim, si esset illo corpus
 5 potentius, quamvis quicquid illud est, ad quod per corpus cogitur, prorsus non per corpus, sed per cupiditates suas cogitur, de quibus satis est dictum. Quod autem rationali anima melius est, omnibus consentientibus deus est. Qui profecto consulit animae et ideo non ab eo cogi anima
 10 potest, ut convertatur in corpus.

XIV.23. Si igitur nec propria voluntate nec alio cogente id anima patitur, unde id pati potest? An quia invitos nos plerumque opprimit somnus, metuendum est, ne quo tali defectu animus convertatur in corpus? Quasi vero, quoniam
 15 somno membra nostra mareeseunt, ideirco animus fiat ulla ex parte debilior. Sensibilia tantum non sentit, quia, quicquid illud est, quod somnum facit, e corpore est atque in corpore operatur. Corporeos enim sensus sopit et claudit quodammodo, ita sane, ut tali commutationi corporis cedat
 20 anima eum voluptate, quia secundum naturam est talis commutatio, quae reficit corpus a laboribus; non tamen haec adimit animo vel sentiendi vim vel intellegendi. Nam et imagines sensibilibus praesto habet tanta expressione similitudinis, ut eo ipso tempore discerni nequeant ab his rebus,
 25 quarum imagines sunt; et si quid intellegit, aeque dormienti

deest W

2 quocumque *M* cogitur *alt. om. CK* 3 per *om. A* 7 dictum est *U elm*, dictum *pa* 8 animae *CKL* deus] deo *P* 9 consulit *T* 12 animus *edd.* id *alt.*] *add.* corpus *Tm. post. mg.* pati] *add.* corpus *Ssl.* 13 quo] quod *Lac. A* 15 fiat *U*, sit *M*, fit *cet.* 17 somno *K* e] ex *U*, et *L*, a *M* 18 sopit et] id petet (*i s. e pr. l.*) *K* 19 ut *om. P* commutatione *M* 20 voluptate] voluntate *CK* 22 animum *MA* sentiendi vim] sentiendum *CK*, *add.* vel vim *Cm3sl.*, sentiendo vim *M* 23 similitudinibus *K* 24 nequeant] quaeant *P* 25sq. dormientiae vigilantia *CK*, *add.* et *s. ae Cm3*, dormendi ac vigilandi *M*

ac vigilantibus verum est. Nam verbi gratia si per somnium disputare sibi visus fuerit verasque rationes secutus in disputando didicerit aliquid, etiam expergefatto eadem incommutabiles manent, quamvis falsa reperiantur cetera, veluti locus, ubi disputatio, et persona, cum qua disputatio fuisse visa erat, et verba ipsa, quod ad sonum adinet, quibus disputari videbatur, et alia huiusmodi; quae etiam cum ipsis sensibus sentiuntur agunturque a vigilantibus, praetereunt tamen nec ulla ex parte sempiternam praesentiam verarum rationum adsequuntur. Ex quo conligitur tali commutatione corporis, qualis somnus est, usum eiusdem corporis animae, non vitam propriam, posse minui.

XV.24. Postremo, si quamvis locum occupanti corpori anima tamen non localiter iungitur, summis illis aeternisque rationibus, quae incommutabiliter manent nec utique continentur loco, prior adficitur anima quam corpus, nec prior tantum, sed etiam magis. Tanto enim prior, quanto propinquior, et eadem causa tanto etiam magis, quanto etiam corpore melior. Nec ista propinquitas loco, sed naturae ordine dicta sit. Hoc autem ordine intellegitur a summa essentia speciem corpori per animam tribui, qua est, in quantumcumque est.

20–p. 126,3 cf. *Retract.* 1,5,3

deest W

1 somnum *Sac.LP* 2 secutas *K* 3 eadem *SMLPQ*, eadem *Mm2sl.*, esse dem *C* (vel eadem *m3sl.*), esse idem *K* incommutabilia *Spc.m2* 5 et - disputatio *om.L* 6 visa *edd.*, visum *codd.* sonum] somnum *Sac.P* 7 disputare *A* huiusmodi *U* 8 a *om.P* 10 verarum] verum *M*, verborum *T* secuntur *M* 11 sonus *Spc.T* usum] visum *SMPA* 13 postremo] post mortem *P* occupati *ML* corporis *Lpc.m2* 14 iungitur *om.P* 15 nec] ne *M* 16 loco continentur *edd.* prior] propior *M* 17 prior *pr.*] propior *M* enim - 18 quanto *om.M* 18 etiam magis quanto *om.T* quanto] tanto *S* 19sq. natura *L*, *add.* qua est in quantumcumque est (*falso inserta ex ll. 21sq.*) 20 intellegitur *A* 21 corpore *Cac.* qua] quanta *P*

Per animam ergo corpus subsistit et eo ipso est, quo
 animatur, sive universaliter, ut mundus, sive particulariter,
 ut unumquodque animal intra mundum. Quapropter conse-
 5 aliter posset. Quod quia non fit manente quippe anima in
 eo, quo anima est, <et> corpus per illam subsistit dantem
 speciem, non adimentem, commutari in corpus anima non
 potest. Si enim non tradit speciem, quam sumit a summo
 bono, non per illam fit corpus; et si non per illam fit, aut non
 10 fit omnino aut tam propinque speciem sumit quam anima.
 Sed et fit corpus et, si tam propinque sumeret speciem, id
 esset quod anima. Nam hoc interest eoque anima melior,
 quo sumit propinquius. Tam propinque autem etiam corpus
 sumeret, si non per animam sumeret. Etenim nullo interpo-
 15 sito tam propinque utique sumeret. Nec invenitur aliquid,
 quod sit inter summam vitam, quae sapientia et veritas est
 incommutabilis, et id, quod ultimum vivificatur, id est cor-
 pus, nisi vivificans anima.

Quod si tradit speciem anima corpori, ut sit corpus, in
 20 quantum est, non utique speciem tradendo adimit. Adimit
 autem in corpus animam transmutando.

Non igitur anima sive per seipsam corpus fit, quia non
 nisi manente anima corpus per eam fit, sive per aliam, quia

deest W

3 unumque *P* 4 ut] et *L* (ut *m2sl.*) animam *A* 5 fit] sit *MA*
 quippe *om.P* anima] -mo *L* 6 quo] quod *U* et *add. Fuchs* 9 si per
 illam non fit *M* illam *alt.*] illa *A* aut] aut fit aut *MLPU* aut non
 fit *iter.T* 10 tam] iam *P* quam] qui *K* 11 propinquet *Lac.m2*
 sumeret] sumpserat *T* 12 melior] *add. est CKL* 13 propinquus *Lac.m2*
 propinque] *add. ei CK* autem *om.A* 14 etenim 15 sumeret *Um2mg.*
 15 aliquid *Sm2sl.* 16 sit *U m, om.cet. pael* vitam *om.P* sapientia]
 substantia *A* est et veritas *U* 17 incommutabile *ST* 19 si *om.P*
 anima] -mi *M* sit] fit *M* 20 non] num *A* 21 animam in corpus *A*
 22 fit] sit *MA* 23 anima manente *edd.* corpus] *add. fit MLP, add. fit*
 quod *U*

non nisi traditione speciei fit corpus per animam et ademptione speciei anima in corpus converteretur, si converteretur.

XVI.25. Hoc et de irrationali anima vel vita, quod nec in eam rationalis anima convertitur, dici potest. Et ipsa enim, nisi inferiore ordine rationali subiceretur, aequae sumeret speciem et talis esset. 5

Tradunt ergo speciem a summa pulchritudine acceptam potentiora infirmioribus naturali ordine. Et utique, cum tradunt, non adimunt eoque sunt, quae infirmiora sunt, in quantum sunt, quod species, qua sint, eis a potentioribus traditur; quae quidem potentiora etiam meliora sunt. Quod his naturis datum est, quae non mole maiore plus possunt minoribus molibus, sed sine tumore ullo localis magnitudinis eadem specie potentiora sunt qua meliora. In quo genere est anima corpore melior et potentior. Quapropter cum per illam, ut dictum est, corpus subsistat, ipsa in corpus verti nullo modo potest. Corpus enim nullum fit nisi accipiendo per animam speciem. At anima ut corpus fieret, non accipiendo speciem, sed amittendo fieri posset et propterea fieri non potest, nisi forte loco anima continetur et localiter corpori iungitur. Nam si ita est, potest eam fortasse maior moles, quanquam speciosiore, in suam anteriorem vertere speciem, ut ac maior ignem minorem. Sed 10 15 20

deest W

1 specie *T* fit – ademptione *om.P* et ea demptione *T* 2 converteretur] reverteretur *Tac.m2* 4 de] inde *T* inrationabili *CKPU* quod] aquod (!) *Cac.K* 5 dici potest *post* 4 vita *tr.U* 6 inferiori *U* rationalis *M* subiaceretur *K* aequae – 8 ergo *om.A* 8 tradunt] trahunt *K* a summa *om.T* pulchritudinem *T* 10 cum *om.M* eaque *S* infirmiores *Tac.* 11 qua sint] quas *A* eis qua sint *m*, qua sunt eis *pa*, eis quasi *el* potentioribus] potioribus *Tac.m2* 14 timore (u s.i) *S* 15 qua] quam *Cac.KA* 17 illa *M* subsistit *L* 18 verti] converti *P* nullo modo verti *edd.* nullum] nullo *M* 20 amittendo] imitando *Kac.* possit *Cac.KL* 23 speciosiore] spetioem *M*, speciosior est *U*

- non est ita. Moles quippe omnis, quae occupat locum, non est in singulis suis partibus tota, sed in omnibus. Quare alia pars eius alibi est et alibi alia. Anima vero non modo universae moli corporis sui, sed etiam unicuique particulae illius
- 5 tota simul adest. Partis enim corporis passionem tota sentit, nec in toto tamen corpore. Cum enim quid dolet in pede, advertitur oculus, lingua loquitur, admoventur manus. Quod non fieret, nisi id, quod animae in eis est partibus, et in pede sentiret; nec sentire, quod ibi factum est, absens posset.
- 10 Non enim nuntio aliquo credibile est fieri non sentiente quod nuntiat, quia passio, quae fit, non per continuationem molis currit, ut ceteras animae partes, quae alibi sunt, latere non sinat; sed illud tota sentit anima, quod in particula fit pedis, et ibi tantum sentit, ubi fit. Tota igitur
- 15 singulis partibus simul adest, quae tota simul sentit in singulis. Nec tamen hoc modo adest tota, ut candor vel alia huiusmodi qualitas in unaquaque parte corporis tota est. Nam quod in alia parte corpus patitur cum coloris inmutatione, potest ad candorem, qui est in alia parte, non pertinere. Quapropter secundum partes molis a se distantes et
- 20 ipse a se distare convincitur. Non autem ita esse in anima per sensum, de quo dictum est, probatur.

3-16 cf. Plot. *Enn.* 4,7,7

deest W

1 ita est *A* ita *Sm2sl.* quippe omnis] qui terminis *CK* 2 partibus *om.CK* 3 eius *om.A* alibi] alia ibi *A* universi *T* 4 mole *MK* illius *om.A* 5 enim *om.P* 6 tota *K* corpore cum] corporeum *CK* 7 advertit *elm*, avertitur *p* loquitur lingua *edd.* 8 id *om.P* in eis est] inest *A* partibus est *elm* 9 sentiret] *add.* ea *U* nec] *add.* et *MLPA* possit *L* 10 aliqua *Cac.K* 14 ibi] ab *C* (vel absens *m3mg.*) 15 sensit *Tac.CKP* 16 vel] aut *A* 17 huiusmodi *edd.* corporis] vel data *add.L* 18 cum *om.Ulm* coloris *CKLe*, doloris *STMPAa*, candoris *Uplm* inmutationem *U*, inmutatione *K* 20 partem *P* se *om.P* distantes et] distant esset *CK* 21 a se *om.T* non = 22 probatur *om.A*

DE QVANTITATE
ANIMAE LIBER VNVS

Conspectus siglorum

- S* = Sessorianus XVI (2101) bibl. nationalis Romanae, s. IXmed.
T = Trevirensis bibl. municipalis 149, s. IXmed.
D = Monacensis lat. 15826, s. XIin.
C = Casselanus 2^o Ms. theol. 30, s. IX¹
K = Augiensis perg. CCXXXVI bibl. publ. Badensis, s. IX¹
L = Augiensis perg. XCV bibl. publ. Badensis, s. IXmed.
V = Darmstadtensis 896, s. IX²
X = Parisinus lat. 13369 bibl. nationalis, s. IXin.
J = Augiensis perg. CXCIV bibl. publ. Badensis, s. IXmed.
Y = Harleianus 3012 bibl. Brit., s. IXmed.
Z = Valencianus 163 (155), s. IXmed.

Laon 55, s. IXmed. (c. 14,24–c. 17,30; c. 36,80.81)

codd. = consensus codicum

- p* = editio Parmensis 1491
a = editio Amerbachii Basileensis 1506
e = editio Erasmi Basileensis 1529
l = editio theologorum Lovanensium 1576
m = editio Maurinorum Parisina 1679
edd. = consensus harum editionum

Hagendahl, Test. = Harald Hagendahl, Augustine and the Latin Classics, Vol. I. Testimonia (Göteborg 1967)

De quantitate animae

1.1. *E(uodius)* Quoniam video te abundare otio, quaeso, ut mihi respondeas de his, quae me movent, non, ut opinor, importune atque ineongrue. Saepe enim, cum abs te multa quaesissem, neseio qua illa graeca sententia me 5 deterrendum putasti, qua prohibemur ea, quae supra nos sunt, requirere. Nunc vero non puto nos ipsos supra nos esse. Quamobrem eum de anima quaero, non sum dignus qui audiam: 'Quod supra nos, quid ad nos?', sed fortasse dignus qui audiam, quid simus nos. 10

A(ugustinus) Enumera breviter, quae audire de anima velis.

E. Faciam; nam sunt mihi ista diuturna cogitatione praeparata. Quaero igitur, unde sit anima, qualis sit, quanta sit, eum corpori fuerit data, eum ad corpus venerit qualis 15 efficiatur, qualis cum abscesserit?

9 cf. Otto, Die Sprichwörter der Römer n. 1714 (p. 335)

2 *Interlocutorum nomina variis siglis in codicibus notantur (cf. Praef. p. XI): A(ugustinus) – Adeodatus STDZ, M(agister) – D(iscipulus) CVX Laon 55, R(atio) – A(ugustinus) JY. Sigla omittunt KL. Euodii nomen Maurini restituerunt Augustini epist. 162,2 adscita 3 iis lm 4 inopportune Y enim] mihi L cum om.K 5 greca illa S 6 super CJ 7sq. nos esse ipsos super nos K 9 super KL quid ad nos] om.J, eras.V quid – 10 audiam om.p 10 quod J (vel quid st.) sumus CKJ 11 – p. 149,19 R(ationis) verba A(ugustino), A(ugustini) verba R(ationi) tribuit, sed rectum interlocutorum ordinem hic illic corrigendo restituit Y de anima audire edd. 13 ista om.J 14 quaero igitur] quae ergo L (id est quero m2st.) 15 et cum lm venerit] advenerit DKLYZac. 16 qualis om.D*

2. *A.* Cum quaeris, unde sit anima, duo quaedam intellegere cogor. Aliter enim dicimus, unde sit homo, quae sit eius patria scire cupientes; aliter unde sit, cum quaerimus, unde constet, id est, ex quibus elementis rebusque compositus. Quid horum scire vis, cum interrogas, unde sit anima? Utrumnam quasi regionem eius et patriam, unde huc venerit, nosse desideras an vero, quae sit eius substantia, requiris?

E. Equidem utrumque scire vellem, sed quid sit sciendum prius, tuo iudicio malo committere.

A. Propriam quandam habitationem animae ac patriam deum ipsum credo esse, a quo creata est. Substantiam vero eius nominare non possum; non enim eam puto esse ex his usitatis notisque naturis, quas istis corporis sensibus tangimus. Nam neque ex terra neque ex aqua neque ex aere neque ex igni neque ex his omnibus neque ex aliquibus coniunctis horum constare animam puto. Sed quemadmodum, si ex me quaereres, arbor ista ex quibus constet, notissima ista elementa quattuor nominarem, ex quibus omnia talia constare credendum est; porro si pergeres quaerere, unde ipsa terra vel aqua vel aer vel ignis constent, nihil iam quod dicerem reperirem; sic cum quaeritur, ex quibus sit homo compositus, respondere possum, ex anima et corpore; rursum de corpore si quaeras, ad illa elementa quattuor recurram; de anima vero quaerenti tibi, cum simplex

2 homo – sit *om.D* unde sit anima *Sm2mg.* 3 sit] fit *V* 4 constet] consistit *VXJ* 5 unde sit anima *Xm2sl.* 9 et quidem *DKJ* quid] qui *K* 12 crede *K* creatum *Lac.m2* 13 non puto enim eam *K* 14 iis *lm* notatisque *J* corporis] corporalibus *YZ* 15 tangimus *J* (*sim.saepe*) 16 ex *tert.om.Y* 17 horum coniunctis *edd.exc.p* coniunctis – 18 quibus *Tm2mg.* 18 constat *Tac.Vac.X*, constant *Zpc.* 19 quattuor elementa *L*, IIII elim- *J* 21 constet *Sac.m2CKLY* 22 repperimus (*reper- X*) *SX* cum] autem *K* 24 elymenta *L* 25 recurramus *X*

quiddam et propriae substantiae videatur esse, non aliter haeream ac si quaeras, ut dictum est, unde sit terra.

E. Quomodo eam propriam velis habere substantiam, cum dixeris a deo factam, non intellego.

A. Quomodo et terram ipsam a deo factam negare non possum; et tamen non possum dicere, ex quibus quasi aliis corporibus terra constet. Simplex enim corpus est terra, eo ipso quo terra est, et ideo elementum dicitur omnium istorum corporum, quae fiunt ex quattuor elementis. Non ergo sibi adversatur sententia, qua dicimus et a deo animam factam et propriam quandam habere naturam. Hanc enim eius propriam quandam naturam et suam deus ipse fecit, ut ignis, ut aeris, ut aquae, ut terrae, quo cetera ex his omnibus componerentur.

II.3. *E.* Interim accipio, unde sit anima; quae mecum sedulo retractabo et, si quid me moverit, post requiram. Unde quaeso, explices qualis sit.

A. Videtur mihi esse deo similis. De anima enim, nisi fallor, requiris humana.

E. Idipsum est, quod abs te explicari vellem, quemadmodum sit anima deo similis, cum deum a nullo factum esse credamus, animam vero ab ipso deo factam supra dixeris.

I quiddam] quaedam *SZ*, al. quid *Sm2sl.*, vel quiddam *Zsl.*, quidem *Y* 2 haeream] eam *SYZac.m.post.*, al. haeream *Sm2sl.*, haereamus *C* terra] *add.* simplex animae natura dici potest quia ex aliis naturis non est *YZ ae*, *add.* simplex animae natura dici potest quia ex nullis rebus composita est *Sm2mg.*, *add.* simplex enim est et propria natura quaedam ... *Vm.post.mg.* 5 et *om.TDY* 7 terra *pr. om. Y* 8 quo] quot *T*, quod *CK* terrae *K* 11 hanc – 12 naturam *Xm2* 12 eius *om. J* proprium *L* et deus *C* 13 ut aeris] aeris ut *Y* ut *tert.*] et *YTac.* 15 accipio] accepi *codd.exc. Vm.post. Y* unde sit] ut desit *Tac.* anima] *add.* id est ex deo *Zm.post.sl. lm* 16 tractabo *K* 17 sit] *add.* anima *CLZm.post.* 18 qualis sit anima *tituli loco praemittunt CKVX*, *add.mg.Sm2Zm.post.* *M(agister) ante titulum tr.C* 20 abs] ex *J* explicare *L* 21 similis deo *edd.*

A. Quid? tu difficile putas deo fuisse, ut aliquid sibi simile faceret, cum hoc in tanta varietate imaginum etiam nobis videas esse concessum?

E. Sed nos videmur mortalia facere, deus autem immortalē animam fecit, ut opinor, nisi forte tibi aliter videtur.

A. Ergo tu velles talia fieri ab hominibus, qualia deus fecit?

E. Non equidem hoc dixerim. Sed quemadmodum ipse immortalis immortale quiddam fecit ad similitudinem suam, sic et nos immortales a deo facti ad similitudinem nostram quod facimus, immortale esse deberet.

A. Recte dicerēs, si ad eius imaginem pingeres tabulam, quod in te immortale esse credis: nunc vero in ea exprimis similitudinem corporis, quod profecto mortale est.

E. Quomodo ergo sum similis deo, cum immortalia nulla possum facere ut ille?

A. Quomodo nec imago corporis tui potest hoc valere, quod tuum corpus valet, sic anima non mirandum est, si potentiam tantam non habet, quantam ille, ad cuius similitudinem facta est.

III.4. *E.* Et hoc interim satis est; dic nunc, quanta sit anima.

A. Quomodo quaeris, quanta sit? Non enim intellego, utrum eius quasi spatium latitudinis vel longitudinis vel roboris vel horum simul omnium requiras an, quantum valeat, nosse velis. Solemus enim quaerere, quantus fuerit Hercules, id est, in quot pedes statura eius porrecta fuerit.

1 deo putas *J* aliquid *L* 2 tantam *K* 3 videas nobis *edd. exc. p*
 4 interlocutoris siglum *om. JX* videmus *Vac. J* mortalia] talia *Zac. m.*
post. 5 videtur] *D(isc.)* prorsus videtur *add. X* 7 facit *Sac. CKL* 8
 nonne quidem *J* (vel non equidem *m2sl.*) 9 immortalē *K* suam – 10
 similitudinem *om. D* 11 debere *TD* 12 imaginē eius *J* 13 vero] vere
Z 16 ut ille] utile *D Vac.* 19 similitudine *D* 27 quot] quod *Cac. K*

Et item quantus vir fuerit, id est, quantae potentiae atque virtutis.

E. Utrumque de anima seire cupio.

A. Atqui illud superius dici non potest nec omnino intellegi de anima. Non enim ullo modo aut longa aut lata 5
aut quasi valida suspicanda est anima: corporea ista sunt, ut mihi videtur, et de consuetudine corporum sic animam quaerimus. Ideoque bene praecipitur etiam in mysteriis, ut omnia corporea contemnat universoque huic mundo renuntiet — qui, ut videmus, corporeus est — quisquis se talem 10
reddi desiderat, qualis a deo factus est, id est similem deo; non enim alia salus animae est aut renovatio aut reconciliatio auctori suo. Quamobrem, quanta sit anima, secundum inquisitionem hanc tibi respondere non possum; sed possum 15
adfirmare neque illam longam esse nec latam nec robustam neque aliquid horum, quae in mensuris corporum quaeri solent. Et hoc cur existimem, rationem tibi reddam, si placet.

E. Placet vero ac vehementer exspecto; videtur enim mihi quasi nihil esse anima, si nihil est horum. 20

A. Prius ergo, si videtur, ostendam tibi multas esse res, quas non possis dicere nihil esse, nec tamen in eis invenire aliqua huiusmodi spatia, qualia in anima requiris, ut non solum non tibi ex eo anima nihil esse videatur, quod in ea non invenis longitudinem sive aliquid tale, sed eo pretiosior 25

1 et om. *L* 3 interlocutoris siglum om. *Yac. m. post. (s. XV)* utrum *K* 4 interlocutoris siglum om. *Y* atqui] atquin *S*, adquin *TDY*, atque *Cac. KLJ* 6 anima corporea. ista *V* 7 corporum] temporum *S* (al. corporum *m2sl.*) anima *L* (de *sl. add. m2*) 8 mysteriis] ministeriis *V*, mysteris *J* 9 contempnat *Cpc. VXY*, contempnet *Zac.*, condemnat *Lac.* 11 ab *K* similitudinem *Xac.* 12 est aut] est. ut *L*, esse ut *Y* 15 longa *Spc.* 17 solet *Sac. m2Zac.* cur, quur *codd. promiscue (et passim)* existimes *S* 19 placet — 20 mihi *Jm2mg.* expeto *Zpc.* 20 animam *J* 22 posses *K* 23 qualia] *add.* non *L* 24 nihil anima *CKVLXJ*

et pluris aestimanda sit, quo nihil horum habet. Deinde utrum vere nihil horum habeat, videbimus.

E. Utere quo vis ordine ac modo, ego audire et discere paratus sum.

- 5 IV.5. *A.* Recte facis; sed volo interroganti mihi respondeas; fortasse enim ea, quae te docere conor, ipse iam nosti; credo enim non te dubitare hanc arborem non esse omnino nihil.

E. Quis dubitaverit?

- 10 *A.* Quid illud? num dubitas iustitiam multo esse hac arbore meliorem?

E. Ridiculum istud quidem <est>, quasi vero ulla sit comparatio.

- 15 *A.* Liberaliter mecum agis; sed illud nunc adtende: cum constet ita esse hanc arborem deteriore[m] quam est iustitia, ut nec comparanda quidem tibi videatur, et hoc lignum non esse nihil confessus sis, placetne tibi ut ipsam iustitiam nihil esse credamus?

E. Quis hoc demens crediderit?

- 20 *A.* Recte omnino; sed fortasse arbor haec propterea tibi videtur esse aliquid, quod longa est pro suo modo et lata et robusta; quae si detraxeris, nihil erit.

E. Ita videtur.

- 25 *A.* Quid ergo? iustitia, quam non nihil esse confessus es, immo quiddam longe divinius hac longeque praestantius, videtur tibi longa esse?

2 habeant *K* 5 interlocutoris siglum *om. Y* volo ut *Z* 7 te non *D* 9 interlocutoris siglum *om. Y* 10 num] non *SXac. Z*, vel num non *V* (non *cancell.*) 11 arborem *Cac.*, hanc arborem *Kac.* 12 istuc *Sac.m2Vpc.*, istoc *Xpc.* est *edd.*, *om.codd.* 15 hanc arborem esse *edd.* 16 nec] ne *T* comparanda] comprobanda *Y* quidem *om. J* videtur *Y* 17 nihil *pr. om. D* placentne *D* inde a 19 usque ad p. 149, 19 interlocutorum ordinem invertit *Y* 21 et lata *om.codd.exc.L* 22 quae] quod *L* 23 videtur] video *S* 24 iustitiam *CK* 26 longe *K*

E. Nullo modo mihi iustitia aut longa aut lata aut tale aliquid cogitanti potest occurrere.

A. Si igitur nihil horum est iustitia et tamen ipsa nihil non est, cur tibi anima nihil videtur, nisi eius aliqua longitudo sit? 5

E. Age; iam non mihi videtur ex eo nihil esse anima, quod nec longa nec lata nec robusta sit, sed utrum vere ita sit, nondum a te dictum esse seis. Fieri enim potest, ut multa sint magni aestimanda, quae istis careant; sed non continuo ex hoc genere animam esse credendum puto. 10

6. *A.* Scio istud nobis enodandum restare et hoc me deinceps explicaturum promiseram; verum quia res subtilissima est et longe alios mentis oculos quaerit quam humana consuetudo in cotidianae vitae actibus habere solita est, admoneo te, ut per ea, per quae te ducendum existimo, libens pergas nec nostro quodam necessario circuitu defatigatus aegre tuleris aliquanto te tardius ad id quod eupis pervenire. Nam prius abs te quaero, utrum corpus ullum putes esse, quod non pro suo modo habeat aliquam longitudinem et latitudinem et altitudinem. 15 20

E. Quam dicas altitudinem, non intellego.

A. Illam dico, qua efficitur, ut interiora corporis cogitentur aut etiam sentiantur, si perlucet ut vitrum; quam si demas corporibus, quantum mea opinio est, neque sentiri possunt neque omnino corpora esse recte existimari. Hinc 25 mihi volo aperias, quid tu sentias.

1 nullo] non ullo *L* 3 igitur] ergo *Y* ipsa *om.D* 4 eius] ei *L* longitudine *L* (vel do *m2sl.*) 7 nec *pr. om.L* 8 a te *om.CKVLXJ* esse dictum *codd.*, ita esse dictum *SYZ*, dictum esse *edd.* 9 magna *KJpc.* aestimanda] extimanda (!) *C*, existimanda *K* carent *Z* 11 istue *STC*, istoc *J* 15 per *alt. om.STDYZac.m.post.* quae] qua *SZac.m.post.* 16 defetigatus *Tac.LJ*, defaet- *C*, defit- *VX* 17 tuleris] toleres *STDCKLYZac.m.post.* aliquando *L* 19 putes] potes *K* sui modo *CKL*, modo suo *edd.* 22 qua] quia *Y* 23 vitrum] utrum *KZac.m.post.* quam si] quamquam si hoc *CKVLXJ paem* 25 existimare *CK* hic *YZ* 26 quod *D*

E. Prorsus non dubito corpora omnia his carere non posse.

A. Quid illud? potes cogitare ista tria non esse nisi in corporibus?

5 *E.* Non intellego, quomodo esse alibi possint.

A. Ergo animam non putas esse aliud quam corpus?

E. Si etiam ventum corpus esse confitemur, negare non possum corpus mihi animam videri; nam tale aliquid eam esse cogito.

10 *A.* Corpus quidem ventum esse tam concedo quam si me de fluctu interrogares. Nam nihil aliud quam istum aerem conmotum et agitatum ventum esse sentimus; quod in loco tranquillissimo et ab omnibus ventis quietissimo vel brevi flabello adprobari potest, quo etiam muscas abigentes
15 aerem conmovemus flatumque sentimus. Quod cum even-
rit occultiore quodam motu caelestium vel terrenorum cor-
porum per magnum spatium mundi, ventus vocatur ex
diversis partibus caeli nomina etiam diversa sortitus. An
tibi aliter videtur?

20 *E.* Mihi vero nihil et probabile esse accipio quod dicis. Sed ego animam non ipsum ventum, sed tale aliquid esse dixi.

A. Dic mihi prius, utrum ipsum ventum, cuius mentio-
nem fecisti, habere aliquam longitudinem, latitudinem et
25 altitudinem sentias. Deinde videbinus, utrum tale aliquid

1 omnia] omnino Zac. 3 potest SCac.K non om.DK V X J 5 alibi
esse edd. 6 quam] quod Y 7 A(deod.) ante negare tr.STD confitearis
Spc.m2, confiteris TD 8 ea D 10 tam concedo esse J 11 fluctu] flatu
SL interrogas STDYZac.m.post. 11sq. istum aerem] isto mare K 12
et] ac edd. ventum om.TD 14 flavello DVac.Xac.YZac. 15 flatuque
TD evenierit] venerit Sac.m2KY 16 motum Cac.K 18 diversa] divisa
D 20 et] ex KY 21 sed] sicut Yac., si Ypc. 23 die mihi] add. obsecro
V 24 et om.CKXJ

anima sit, ut hoc modo etiam, quanta sit, investigare possimus.

E. Quid hoc aere longius et latius et altius facile inveniri potest, quem commotum ventum esse nunc abs te mihi persuasum est? 5

V.7. *A.* Recte dicis; sed numquidnam animam tuam putas esse nisi in corpore tuo?

E. Ita puto.

A. Intrinsecus tantum, ut tanquam utrem impleat an tantum forinsecus velut tectorium an et intrinsecus et extrinsecus eam esse arbitraris? 10

E. Hoc sentio, quod ultimum requisisti. Nam nisi esset intrinsecus, nihil in visceribus nostris vitale haberetur; nisi esset extrinsecus, non etiam in cute leviter possit sentire pungentem. 15

A. Quid ergo amplius quaeris, quanta sit anima, cum videas esse tantam, quantam ipsa spatia corporis patiuntur?

E. Si hoc ratio docet, nihil amplius requiro.

A. Recte facis nihil quaerere amplius quam docet ratio. 20
Sed haec ratio videtur tibi firmissima?

E. Quando aliam non invenio, videtur. Suo enim loco quacram, quod me multum movet, utrum haec figura eadem maneat, cum corpore excesserit; nam hoc inter discutienda ultimum me posuisse memini. Sed quoniam de numero 25

9sq. cf. J. Pépin, *Rev. ét. aug.* 66 (1964) 62sq.

1 sit anima *J* possumus *Cac.K* 3 et longius *CKVLZ* et *pr.*
om.STD et *alt. om.D* invenire *J* 6 numquidnam, numquidnam
codd.promiscue (et passim), numquoquam *C* animum tuum *X* 7 tuo]
suo *K* 8 ita] *add. iam Isl.* 9 tantum] tamen *Y* uterem *J* 10
tectorium] iectorium *C* 14 posset *SCYZ* 17 quanta *codd.exx.CKZ* 20
A(ug.) recte – amplius *Tm2mg.* 22 *D(isc.) s. videtur tr.C* 23 figura]
add. tum C, cum Sac.Xac. cet.

animarum quaerere ad quantitatem mihi videtur pertinere.
non esse hoc loco praetereundum existimo.

A. Non incongrue existimas, sed prius de spatio eius,
quod me adhuc movet, explicemus, si placet, ut etiam ego
5 aliquid discam, si tibi iam satisfactum est.

E. Quaere, ut vis; nam tua ista simulata dubitatio
dubitare me verissime facit de hoc ipso, quod iam peractum
esse praesumpseram.

8. *A.* Dic mihi, quaeso te, utrum ea, quae adpellatur
10 memoria, non tibi nomen inane videatur.

E. Cui hoc videri potest?

A. Animae hanc esse arbitraris an corporis?

E. Et hinc dubitare ridiculum est. Quid enim? exanime
corpus meminisse aliquid credi aut intellegi potest?

15 *A.* Meministine tandem urbis Mediolanensis?

E. Valde memini.

A. Nunc ergo, quia eius facta mentio est, recordaris,
quanta et qualis sit?

E. Recordor sane ac nihil recentius atque integrius.

20 *A.* Nunc ergo, cum oculis eam non videas, animo vides.

E. Ita est.

A. Meministi, credo etiam, quanto spatio terrarum
nunc a nobis longe absit.

E. Ita et hoc memini.

25 *A.* Vides itaque animo etiam ipsam locorum distan-
tiam.

E. Video.

2 preter eundem *Vac.L* 5 discam si tibi] de istis ibi *Xac.* 6 quaere]
qua re *D* ista tua *Z* 7 peractum] pactum *Y*, factum *J* 8
praesumpseram *STD**Cac.m3* 9 ea] et *Zac.*, et ea *Sac.m2* 10 videatur]
add. esse *VXJ* 12 anima *Cac.K* 13 quod *SCKVL* ex anima *S* 15
meministi *Sac.m2V* tandemne *V* 19 *interlocutoris siglum om.X* ac]
an *X*, *om.D* 20 vides *CK* 22 etiam credo *T*, etiam *Xm2sl.* 23 nunc]
hinc *Y* 25 vide *CK* ipsa *L*

A. Cum igitur anima tua hic sit ubi corpus, nec ultra spatium eius porrigatur, ut superior ratio demonstrabat, unde fit, ut illa omnia videat?

E. Per memoriam hoc fieri puto, non quod illis locis sit praesens. 5

A. Imagines ergo illorum locorum memoria continentur.

E. Ita sentio; nam et quid nunc ibi agatur ignoro; quod utique non ignorarem, si animus meus usque ad ea loca porrigeretur praesentiaque sentiret. 10

A. Verum mihi videris dicere; sed certe istae imagines corporum sunt.

E. Ita necesse est; non enim aliud sunt urbes terraeque quam corpora.

9. *A.* Numquamne intuitus es parva specilla aut numquam in pupilla oculi alieni faciem tuam vidisti? 15

E. Immo saepe.

A. Cur multo brevior quam est adparet?

E. Quid enim velles aliud quam ut pro modo speculi videretur? 20

A. Necesse est ergo imagines corporum, si parva sunt corpora, in quibus adparent, parvas adparere.

E. Necesse omnino.

A. Cur ergo, cum tam parvo spatio sit anima quam corpus est eius, tam magnae in ea possunt exprimi imagines, ut et urbes et latitudo terrarum et quaeque alia ingentia apud se possit imaginari? Volo enim cogites paulo dili- 25

1 interlocutoris siglum om. V 3 fit] sit Y omnia videat Zm.post.sl. videatur L (-antur pc.m2) 4 hoc] haec SDYZac. quod V, quo Xpc.Zac.cet. 8 ibi nunc edd. 9 ea loca (loca Xm2sl.) XJZ aelm, illa loca V, ea SCKLY p, eam TD 13sq. terrae//quamque K, terrae que (dam sl.) quam X, terrae quam quedam Z (quedam m.post.sl.) 15 specula SZ, speculla Lpc., specie illa CK 16 tua D 19 velis Xpc. specille Y 25 eius est J 26 et pr. om.D

gentius, quanta et quam multa memoria nostra contineat,
 quae utique anima continentur. Qui ergo fundus est, qui
 sinus, quae immensitas, quae possit haec capere, cum et eam
 tantam, quantum corpus est, superior ratio docuisse videatur?
 5

E. Non invenio quid respondeam, nec satis explicare
 possum, quantum me ista moveant, et multum me ipse
 derideo, qui superiori rationi tam cito consenseram, ut ex
 isto corporis modo quanta sit anima terminarem.

10 *A.* Non ergo iam tibi tale aliquid videtur, qualis ventus
 est?

E. Nullo modo; nam etiamsi aer iste, cuius quasi fluctum
 ventum esse probabiliter creditur, universum istum
 mundum possit implere, innumerabiles tales tantosque
 15 mundos secum anima imaginari potest, quas imagines quo
 spatio contineat, suspicari non possum.

A. Vide ergo, ne melius sit eam credere, ut superius
 dixeram, nec longam nec latam nec altam, sicut mihi de
 iustitia concesseras.

20 *E.* Facile adsentirer, nisi me plus conturbaret, quo
 rursum pacto tantorum spatiorum imagines innumerabiles
 nulla sua et longitudine et latitudine et altitudine capere
 possit.

VI.10. *A.* Inveniemus hoc fortasse, quantum licet, si
 25 prius diligenter discutiamus haec tria, id est longitudinem,
 latitudinem et altitudinem. Itaque enitere cogitare longitudinem,
 quae adhuc nullam latitudinem adsumpserit.

2 fundus] profundus *CK* 3 et *om. CKVLXJ. exp. Z* 8 tam cito] ta//cito *J* tam cito rationi *V* 9 isto] ipso *J* (vel isto *m2sl.*) 10 aliquid tale *Z* 12 aer iste] aeris *Y* fluctum] flatum *SL ae* 13sq. mundum istum *D* 14 posset *Tpc. Zpc.* 15 imaginare *Y* 15sq. quo spatio] quos ratio *CK* 16 possumus *X* 20sq. quo rursum] quorum sum *DZac.* 22 et latitudine *om. DCKVX* 24 interlocutoris siglum *om. D* 26 et latitudinem *D* latitudinem et altitudinem *Zm. post. mg.* 27 adsumserit *Sac. m2TXZac.*

E. Nihil possum tale cogitare; si enim filum araneae in animo constituerem, quo nihil exilius solemus videre, occurrit mihi etiam in eo tamen et longitudo per se et latitudo et altitudo; quae qualescumque sint, esse tamen negare non possum.

5

A. Non usquequaque absurda est responsio tua, sed certe, cum tria ista esse in araneae filo intellegis, discernis haec et quid inter se differant nosti?

E. An aliter potui videre nihil horum deesse huic filo?

A. Quo igitur intellectu haec discrevisti, hoc potes etiam seiunctis illis solam longitudinem cogitare; nec aliquod corpus volvas animo; nam quodcumque fuerit, his omnibus non carebit. Incorporeum est enim, quod te nunc intellegere cupio; nam sola longitudo non nisi intellegi animo potest, in corpore inveniri non potest.

15

E. Iam intellego.

A. Ergo istam longitudinem si quasi secare cogitatione per longum velis, vides profecto non posse; nam si potest, inest etiam latitudo.

E. Manifestum est.

20

A. Hanc igitur longitudinem meram et simplicem, si tibi placet, lineam vocemus; hoc enim nomine a multis doctis adpellari solet.

E. Voca quicquid vis; non enim mihi de nominibus laborandum est, cum res aperta sit.

25

11. *A.* Bene facis, et non solum adprobo, verum etiam moneo, ut semper rerum curam magis quam verborum te

2 constituerem *C*, constituere *K* solemus *Y* 3 tamen] tantum *Y* per] pro *SDCLXYZ* 4 esse *om. KY* 7 in araneae filo esse *edd.* 8 et *om. Y* deferant *J*, different *Y* 9 quidni quid differant nossem? an aliter ... *Troyes 1921 (s. XII) a* (quid nisi) *elm* potuit *D* 10 igitur] ergo *Y* potest *K* 11 illis] aliis *VXac. J* cogitare] *add. si edd. exc. p* 14 nisi] si *Cac. m2* 16 interlocutoris siglum *eras. Y* 17 secari *VXJ* 21 igitur] ergo *Y* 22sq. doctis multis *edd. exc. p*

habere delectet. Sed linea ista, quam iam, ut opinor, bene intellegis, si porrigatur sive ex una sive ex utraque parte, qua in longum porrigi potest, cernis nullum esse finem. An ad hoc contemplandum minus valet acies mentis tuae?

5 *E.* Contemplor omnino ac nihil facilius.

A. Vides ergo etiam nullam figuram posse fieri, si nihil agatur aliud quam ut illa linea porrigatur.

E. Quam dicas figuram, nondum intellego.

VII. *A.* Figuram interim voco, cum aliquod spatium
10 linea lineisve concluditur, tamquam si circum faceres aut quattuor lineas finibus suis sibimet iungeres ita, ut nullius finis ab alterius copulatione liber esset.

E. Quid dicas figuram, iam me videre arbitror; sed utinam tam viderem, quo ista tendant aut quid ex his
15 effecturus sis, ut ego, quod de anima requiro, sciam.

12. *A.* Hoc initio te admonui et postulavi, ut patienter ferres aliquantum circuitum nostrum; quod item quaeso, ut facias. Non levis res quaeritur, non facilis ad cognoscendum; nosse hoc enim plane ac tenere volumus, si fieri potest.
20 Aliud est enim cum auctoritati credimus, aliud cum rationi. Auctoritati credere magnum compendium est et nullus labor; quod si te delectat, poteris multa legere, quae magni et divini viri de his rebus, necessaria quae videbantur, salubriter imperitioribus quasi nutu quodam locuti sunt credique
25 sibi voluerunt ab his, quorum animis vel tardioribus vel

11-p. 153, 14 *geometrica schemata illustrandi causa addunt TXJYZ*

1 dilectet *J* ut iam *J*, ut *om.XY* 3 qua] quam *T plm*, quod *D*
6 si *om.L* nihil] nisi *Lpc.m2* 8 intelligo *Vm.post.sl.* 9 aliquot *V* 10
aut] a *Y* 11 iungeres] ingeres *D* 13 quid] quam *Y* 14 his] eis (*h s.e*)
K 15 sis ut *om.CK*, sis *add.sl.Cm3* animo *X* sciamus *C* 18 facies
KXac. 19 enim hoc *edd.exc.p* volumus *J* 20sq. aliud cum ratione
auctoritati credere, magnum *S* 22 te *om.X* dilectet *J* 24 quodam
credique] quae *C'K* credi *Dpc.* 25 voluerat *Y*

implicatioribus alia salus esse non posset. Tales enim homines, quorum profecto maxima multitudo est, si ratione velint verum comprehendere, similitudinibus rationum faeilime decipiuntur et in varias noxiasque opiniones ita labuntur, ut emergere inde ac liberari aut numquam aut aegerrime queant. His ergo utilissimum est excellentissimae auctoritati credere et secundum hoc agere vitam. Quod si tutius putas, non solum nihil resisto, sed etiam multum adprobo. Si autem cupiditatem istam refrenare non potes, qua tibi persuasisti ratione pervenire ad veritatem, multi et longi eireuitus tibi tolerandi sunt, ut te non ratio adducat nisi ea, quae sola ratio dicenda est, id est vera ratio; et non solum vera, sed ita certa et ab omni similitudine falsitatis aliena, si tamen ullo modo haec ab homine inveniri potest, ut nullae disputationes falsae aut verisimiles ab ea te possint traducere.

E. Nihil iam praepropere desiderabo: agat ac ducat ratio qua vult, dummodo perdueat.

VIII.13. *A.* Deus hoc faciet, qui aut de solis talibus rebus aut certe de his maxime deprecandus est. Sed ad rem quam institueram redeamus. Nam si et quid sit linea et quid sit figura iam tibi notum est, dic quod abs te quaero, id est, utrum putes ullam figuram fieri posse, si linea ex utraque parte aut ex altera per infinitum dueatur?

E. Nullo modo id fieri posse confirmo.

A. Quid igitur agendum est, ut figuram faciamus?

1 posset] potest *Xac.J* 2 rationem *K* 4 noxiasque] noxias atque *C*, noxias atque in *K* 5 emergere] emergi *Z* 7 auctoritate *D* 8 sed] sicut *Yac.* 11 tollerandi *C*, tollendi *Xac.* non ratio te *aelm*, te et ratio non *p* rationem *Cac.*, ratione *K* ducat *Vpc.* 13 sed] sicut *Yac.* 14 si tamen] sit. A me *D* ullo *VJY*, nullo *Sac.Cac.Xac.cet.* inveniri] iniri *CKXac.*, *add.* sic *Y* 15 te *Zm.post.sl.* 17 praepropere *om.C* siderabo *C* agit *K* 18 qua] quo *STDY* 19 qui aut] quia aut *D*, quia ut *Xac.*, qui hoc *Zac.* 20 rebus *om.TD* 21 quid *pr.*] quod *K* 22 id est] idem *Y* 24 dicatur *D*

E. Quid, nisi ut illa linea infinita non sit et ducatur in
circulum, ut ex alia parte se contingat? non enim video,
quomodo aliter possit ex una linea concludi aliquod spa-
tium; quod nisi fiat, secundum tuam descriptionem figura
5 non erit.

A. Quid, si rectis lineis figuram facere velim? potest
feri, ut de una linea fiat, an non potest?

E. Nullo modo.

A. Quid, duabus?

10 *E.* Ne hoc quidem.

A. Quid, tribus?

E. Video posse.

A. Bene igitur nosti ac tenes, cum figura lincis rectis
facienda est, minus quam tribus non posse. An si ulla tibi
15 adversetur ratio, de hac te sententia devocabit?

E. Plane si quis mihi hoc falsum esse monstraverit,
nihil erit, quod me scire posse confidam.

A. Nunc ergo illud responde, quomodo tribus lineis
figuram feceris.

20 *E.* Cum se finibus iungunt.

A. Quid? ubi se iungunt, nonne videtur tibi angulus
feri?

E. Ita est.

A. Quot ergo angulis haec figura constat?

25 *E.* Totidem quot lineis.

A. Quid? ipsas lineas pares constituis an impares?

E. Pares.

1 linea illa *Y* ducitur *J* 2 continguat *J*, contigat *K* 3 aliquot
V 4 ni *S* 6 velimus *Z* 9 de duabus *Spc.m2* 10 nec *K* quidem]
quid est *D* 13 configura *Cac.m2* tribus lineis *Xac.Zac. cet.* 15 ratio
L. oratio *Tac.Zac. cet.* te *om.L* vel re(vocabit) *Vmg.* 17 erit] est (*K*
24 quod *T* 25 interlocutoris siglum *om.C* quot] quoque *CKXac.* 26
interlocutoris siglum *om.CY* constituis] constituisti *CKVLXJ* impa-
res] pares *Tac.m2* 27 pares *om.L*

A. Quid? anguli tantundem omnes patent an est alius alio contractior vel apertior?

E. Etiam ipsos pares esse video.

A. Potestne fieri, ut in figura, quae tribus rectis paribus lineis facta sit, impares anguli sint an non potest? 5

E. Nullo prorsus modo.

A. Quid? si rectis lineis tribus, sed imparibus figura constet, possunt etiam in ista pares esse anguli an aliud intellegis?

E. Omnino non possunt. 10

A. Recte dicis; sed dic, quaeso, quaenam tibi figura melior videatur et pulchrior? eane quae paribus, an quae imparibus lineis constat?

E. Quis dubitet eam esse meliorem, in qua aequalitas praevalet? 15

IX.14. *A.* Ergo inaequalitati aequalitatem praeponis?

E. Nescio, utrum quispiam non praeponat.

A. Vide nunc in figura, quae tribus angulis paribus perfecta est, quid in ea sit angulo contrarium, id est ex altera parte contra positum; utrum linea an angulus? 20

E. Lineam video.

A. Quid ergo? si et angulus angulo et linea lineae contraria sit, nonne fateris aequalitatem esse potiore in ea figura, in qua id accidit?

E. Fateor quidem, sed quemadmodum id fiat tribus lineis omnino non video. 25

A. Quid? quattuor lineis potestne hoc fieri?

E. Prorsus potest.

4 potest *C* 6 *A*(deod.) potest nullo prorsus modo *D* 8 constat *C*
 12 videtur *Y* et pulchrior videatur *J* ea neque *DKX*, ea quae *Vpc.*
 paribus] imparibus *L* 13 imparibus] paribus *L* 14 quis] quid *L* 21
 videam *K* 23 potiore] potentiore *C* 25 sed] sunt *Y* quemadmo-
 dum, quemadmodum *codd. promiscue (et passim)* 27sq. potest. *D(isc.)*
 Ne hoc fieri prorsus potest *C*

A. Melior est igitur figura, quae quattuor lineis rectis paribus quam quae tribus constat.

E. Melior certe, siquidem magis in ea aequalitas valet.

A. Quid ergo? istam, quae quattuor rectis paribus lineis
5 confit, censesne posse etiam ita fieri, ut non anguli omnes in ea pares sint, an non putas?

E. Video posse.

A. Quonam modo?

E. Si duo contractiores, duo apertiores sint.

10 A. Videsne etiam, quemadmodum et ambo contractiores et ambo apertiores sibi contrarii sint?

E. Ac verissime atque apertissime.

A. Servatam igitur et hic, quanta servari potuit, cernis aequalitatem; cernis enim profecto fieri non posse, ut cum
15 quattuor paribus lineis figura perficitur, non aut omnes aut certe vel bini anguli pares sint, quaeque tamen paria sunt, sibi ex contrario respondere.

E. Cerno et firmissime teneo.

15 A. Nihilne te movet etiam in his rebus tanta et tam inconcussa quaedam iustitia?

E. Quonam modo?

A. Quia nihil, ut arbitror, dicimus esse iustitiam nisi aequitatem; aequitas autem ab aequalitate quadam videtur adpellata. Sed quae in hac virtute aequitas, nisi ut sua
25 cuique tribuantur? Porro sua cuique nisi quadam distinctione tribui non possunt. An aliter putas?

1 ea figura *C* 1sq. rectis paribus lineis *L* 3 certe melior *CKVLX* melior est *Y* valeat *SXY* 4 lineis paribus *Z* 5 confit] cum fit *VX*, conficit *D*, constat *Lpc.m2* 8 quoniam *CK* 9 sunt *CK* 11 sunt *J* 13 servata *SY* cernis] *om.SCKZac.m.post., add. vides Csl.* 13sq. aequalitatem cernis *TDVLX* 14 aequalitate *SY* 15 quattuor] tribus *J* paribus] partibus *Vac.X* non aut] nam ut *D* 16 vel] aut *Zac., om.J* sunt paria *codd.* 17 responderet *D* 19 nihil *K* 21 quo modo *Cac.* 23 aequitatem] aequalitatem *Xac.* aequitas autem *om.K* aequitate *D* 24 sed] sicut *Y* 26 possunt] potest *Y* alter *J*

E. Manifestum est et prorsus adsentior.

A. Quid? distinctionem arbitrarisne esse ullam, si omnia paria sint, ut nihil omnino inter se differant?

E. Nullo modo.

A. Ergo iustitia servari non potest, nisi in rebus, in quibus servatur, sit quaedam, ut ita dicam, imparilitas et dissimilitudo. 5

E. Intellego.

A. Cum igitur fateamur istas figuras, de quibus agimus, inter se esse dissimiles, illam scilicet quae tribus, et hanc quae quattuor angulis constat, cum ambae paribus lineis fiant, nonne videtur tibi quaedam retenta iustitia, ut illa, quae habere non potest parilitatem contrariorum, inconcussam teneat angulorum aequalitatem, in hac vero, quia tanta est contrariorum congruentia, illa lex angulorum admittat nonnullam inaequalitatem? Hoc ergo cum me multum moveret, quaerendum abs te visum est, quonam modo ista veritate, aequitate, aequalitate delectarere. 10 15

E. Iam cerno quid dicas, et non mediocriter admiror.

A. Age nunc, quia inaequalitati aequalitatem iure praeponis nec quisquam omnino est, ut opinor, humano sensu praeditus, cui non id videatur, quaeramus, si placet, figuram, in qua summa aequalitas inveniri queat; quaecumque enim erit, ea ceteris sine dubitatione praeferetur. 20

E. Placet vero et quae ista sit scire cupio. 25

2 distinctione *S* arbitraris necesse *Cac.KVac.* ullum *TLac.* 6 sit] *om.V*, sic *D* imparilitas] *imparitas Tac.CK VXJ* 9 cum igitur] cui ergo *Y* 10 se *om.TK* 11 constant *KZ* 12 videntur *K* quaedam tibi *Jac.* iustitia – 13 parilitatem *Km2mg.* 13 inconcussa *D* 14 quia] quae *Y*, cui *Z* 15 amittat *D* 16 *A*(*deod.*) hoc ergo *ST* 17 moverit *VXJZpc.* 18 ista veritate *Jm2sl.* veritatis *Zpc.* aequalitate aequitate *TY* aequalitate *om.V*, *exp.Z* delectarere] -arer *S*, -are *CKVLZ* 19 *E.*] *R*(atio) *Y*, *interlocutoris siglum om.S* te iam cerno *C*, re iam cerno *K* 20 *interlocutoris siglum om.Y* 22 placet] *add.* et *VX* 24 ea] et a *S*

X.16. *A.* Prius ergo responde, utrum tibi illarum figurarum, quarum iam, quantum satis videbatur, facta mentio est, ea videatur excellere, quae quattuor lineis paribus totidemque angulis paribus constet; namque in hac, ut vides, et
 5 linearum aequalitas et angulorum est; et quod in illa, quae tribus lineis paribus clauditur, non inveniebamus, adest huic parilitas contrariorum; nam lineae linea et angulus angulo est, ut cernis, contrarius.

E. Ita vero est, ut dicis.

10 *A.* Habetne summam aequalitatem an aliter tibi videtur? Nam si habet, frustra, ut institueramus, aliam quaerimus; si autem non habet, volo, ut idipsum mihi abs te demonstretur.

E. Videtur mihi habere; nam ubi et anguli pares et
 15 lineae pares sunt, ubi deprehendam inaequalitatem non video.

A. Ego aliud sentio; nam recta linea donec veniat ad angulos, summa aequalitate praedita est; sed cum ex diverso latere alia coniungitur linea et angulum facit, nonne
 20 censes hoc ipsum esse inaequale? An tibi figurae pars, quae linea clauditur, cum illa parte, quae angulo concluditur, congruere videtur aequalitate aut similitudine?

E. Nullo modo et me pudet temeritatis meae; eo enim ductus sum, quod et angulos in ea pares inter se et latera
 25 cernerem. Sed quis non videat eorum laterum ab angulis magnam differentiam?

1 *interlocutoris siglum om. Y* illarum tibi *J* 3 videtur *X* 4 ut vides in hac *edd.* 6 cluditur *J* 7 linea lineae *J* 10 aequalitatem] aequitatem *T* 12 autem] hoc *Y* ut *om. TCK Y* 15 pares *edd. exc. p, om. codd.* adprehendam *L*, deprehendendam *Xpc.* aequalitatem *J* non *om. D* 17 erecta *D* 18 praedita] praedicata *K*, praedicta *Jac.* ex *om. C* 19 lateri *C* lineae *T* fecit *T* 20 quae] qua *S* 21 cluditur *LJ* 22 aequalitatem *DK* 24 quod] quo *SY* pares] partes *D* 25 cernerem *om. D* quis] quid *D* laterum] latere *J*

A. Accipe aliud inaequalitatis apertissimum indicium; certe enim cernis vel illam figuram triangulam paribus lineis constantem vel istam quadratam habere aliquod medium.

E. Cerno plane.

A. Quid? ab eodem medio cum lineas ad omnes figurae partes ducimus, paresne tibi duci lineae videntur an impares? 5

E. Impares prorsus; nam longiores eas necesse est esse, quas in angulos ducimus.

A. Istae in quadrata quot sunt et quot in triangula? 10

E. Quattuor hic, tres ibi.

A. Quid? minimae omnium, quae rursum et quot sunt in figura utraque?

E. Totidem, scilicet eae quae in media latera ducuntur.

A. Verissime mihi videris dicere neque hic opus est diutius inmorari; ad id enim quod volumus satis est. Nam et magnam aequalitatem hic servari, ut opinor, vides et tamen nondum ex omni parte perfectam. 15

E. Omnino video et quae illa figura sit, quae habeat summam aequalitatem, nosse vehementer exspecto. 20

XI.17. *A.* Quam censes nisi eam, cuius et extremitas sibi concors est undique nullo angulo aequalitatem perturbante et a cuius medio ad omnes extremitatis partes pares lineae duci possunt?

E. Iam, ut opinor, intellego; nam illam figuram, quae una linea in circulum ducta terminatur, mihi videris describere. 25

1 indicium] iudicium *K* 2 triangulo *T* 3 aliquot *V* 6 ducimus] diutius *L* (ducis *m2sl.*) lineae *om.S* 8 eas] ea *D*, eius *CK* 9 angulo *D* 10 quot *pr.*] quod *Tac.KZac.* et *om.D* quot *alt.*] quod *Cac.KZac.* 12 sursum *J* (vel *r m2sl.*) *R*(atio) et quot *Y* quot] quod *Cac.KZac.* 14 si licet *D* ea quae *STLYZ*, *add.* hae *Zm.post.sl.*, ea eque *V*, ea aequae *K*, hae que *C* (eque *ac.*) 17 aequalitatem] aequitatem *T*, al. cquitatem *Sm2sl.* 18 perfecta *SY* 19sq. summam aequalitatem habeat *lm* 21 et *om.DCL* 23 pares *Sm2sl.Zsl.*, *om.Y* 24 duci] dici *KXac.*, educi *Vpc.*

A. Recte intellegis. Nunc itaque illud considera, cum superior ratio docuerit lineam in sola longitudine intellegi nec quicquam latitudinis usurpare et ideo per longum quae ducitur dividi non posse, utrum tibi videatur figura quae
 5 bet sine latitudine inveniri.

E. Nullo modo.

A. Quid? ipsa latitudo potestne longitudinem non habere, quamvis latitudo sola sit, quemadmodum superius longitudinem sine latitudine intelleximus, an non potest?

10 E. Video non posse.

A. Vides etiam illud, nisi fallor, quod latitudo ab omni parte dividi queat, linea vero per longum non queat.

E. Manifestum est.

A. Quid ergo putas pluris habendum? quod dividi potest
 20 est an id quod non potest?

E. Profecto id quod non potest.

A. Praeponis igitur lineam latitudini. Nam si quod dividi non potest, praeponendum est, praeponamus necesse est etiam id, quod minus dividi potest. Latitudo autem ex
 20 omni parte dividitur, longitudo vero non nisi ex diverso, nam per longum divisionem non admittit; est ergo latitudine praestantior. An tu aliter existimas?

E. Ita prorsus ratio cogit fateri, ut dicis.

18. A. Iam quaeramus, si placet, utrum sit aliquid in
 25 ista ratione, quod omnino non queat dividi; erit enim hoc multo etiam quam illa linea melius. Nam lineam cernis ex diverso innumerabiliter secari posse; itaque tibi ipsi hoc inveniendum dimitto.

2 solam *SZac.* longitudinem *SDZac.* 3 nequiquam *Sac.m2* 5 invenire *V* 11 vides] *add.* ergo *CKLVJ* ni *TCKLVJYZ* 14 plurimis *Xac.*, vel plurius *Jm2mg.* id quod *Y* 17 proponis *D* igitur] ergo *Y* 19 autem] enim *J* 21 divisione *D* 23 cogit ratio *J* 24 iam *om.L* 25 queant *D* 26 nam] non *L*, quam *Ypc.* linea *Y* 27 A(ug.) itaque *J*

E. Ego illud puto non posse dividi, quod medium in figura ponebamus, unde in extrema lineae ducuntur. Nam si dividitur, longitudine aut etiam latitudine carere non potest. Sed si longitudinem solam habet, non iam unde ducuntur lineae, sed ipsa linea est. Si vero etiam latum est, aliud desiderat medium, a quo in extrema latitudinis lineae ducantur. Utrumque autem hoc ratio respuit. Id erit igitur quod dividi nequeat. 5

A. Recte dicis. Sed nonne tibi tale aliquid videtur etiam illud, unde linea ducitur, etsi figura nondum sit, cuius medium intellegamus? Illud enim dico lineae principium, a quo incipit longitudo, quod volo sine ulla longitudine intellegas. Nam si longitudinem intellegis, nequaquam profecto intellegis, unde ipsa incipit longitudo. 10

E. Tale omnino. 15

A. Hoc ergo, quod iam te intellegere video, potentissimum omnium, quae demonstrata sunt. Siquidem hoc est, quod nullam divisionem patiatur; punctum vocatur, cum medium tenet figurae. Si autem principium lineae est vel lineis aut etiam finis, vel cum omnino aliquid notat, quod sine partibus intellegendum sit nec tamen obtineat figurae medium, signum dicitur. Est ergo signum nota sine partibus. Est autem punctum nota medium figurae tenens. Ita fit, ut omne punctum etiam signum sit, non autem omne signum punctum videatur. Volo enim de his nominibus inter nos convenire, ut minus in disputando circumloqua- 20 25

1 R(atio) ego illud puto *J* 2 linea *D* 3 latitudinem *K* 4 iam non *L* unde] inde *S* 6 in *om.K* extremae *C* latitudine *VX* 7 igitur] ergo *Y*, *om.D* 9 A(ug.) recte *J* R(atio) sed *J* non *T* aliquid tale *edd.* 12 intellegas] -amus *L* 13 intellegis] -as *CK* 15 R(atio) tale omnino *Y* omnino] *add.* est *VJ* 16 A(ug.,!) *Y* video] cupio *V* (vel video *sl.*) potissimum *JZpc.* 18 et punctum *edd.* cum] quam *Y* 19 tenet. figura est autem *K* est] esse *L*, *om.J* 20 notatur *X* 22 dicitur] ducitur *L* 24 omne *pr.*] omnem *L* sit] *om.L*, fit *J* 25 nominibus] omnibus *S* 26 ut *om.L* circumloquatur *L*

mur, quamquam plerique punctum adpellent, non quod omnis figurae medium, sed quod solius circuli vel pilae tenet; tametsi minus nobis de vocabulis laborandum est.

E. Adsentior.

- 5 XII.19. *A.* Vides certe etiam quantum valeat. Nam ab ipso incipit linea, ipso terminatur; figuram rectis lineis nullam videmus fieri posse, nisi ipso angulus claudatur; deinde undecumque secari linea potest, per ipsum secatur, cum ipsum omnino nullam in se admittat sectionem; nulla linea
10 lineae nisi per ipsum copulatur. Postremo cum ceteris planis figuris – nam de altitudine adhuc nihil diximus – eam praeponendam ratio demonstraverit, quae circulo clauditur, propter summam aequalitatem, quae alia ipsius aequalitatis moderatio est quam punctum in medio constitutum?
15 Multa de huius potentia dici possunt, sed adhibeo modum et tibi ipsi cogitanda plura permitto.

E. Sane, ut videtur; non enim me requirere pigebit, si quid fuerit obscurius. Cerno autem mediocriter, ut puto, magnam huius signi esse potentiam.

- 20 20. *A.* Nunc ergo illud adtende, cum et quid sit signum et quid sit longitudo et quid sit latitudo perspexeris, quid horum tibi videatur alterius et cuius indigere, sine quo esse non possit.

- 25 *E.* Video, quod latitudo longitudine indigeat, sine qua prorsus intellegi non potest. Rursus longitudinem cerno

1 D(isc.) quamquam *X* appellant *X* 2 omnes *J* pyle *J* 3 tamen etsi *K* 4 interlocutoris siglum eras. *X* 5 ab *om.* *K* 6 nulla *D* 7 cludatur *J*, clauditur *Spc.m2C* 8 unde unde undecumque *Cac.*, unde undecumque *K* 9 amittat *DZac.*, admittit *K*, ammittit *L* 10 postremum *CK* 11 altitudinis *C* diximus nihil *Y* eam] ea *D*, nisi cum eam *SZac.*, cum eam *Y*, sed eam *V* 12 praeponenda *D*, proponendam *Zac.* demonstra-
verat *C* cluditur *J* 16 plura cogitanda *S* permitto] committo *S* 17 videatur *VXJ* 18 autem] hoc *Y* 20 si quid signum sit *L* 21 et quid sit latitudo *om.T* 22 et – 23 possit *Cm2mg.* 24 qua] quo *Tac.D* 25 rursus *CVJ*

latitudine quidem non indigere ut sit, sed sine signo illo esse non posse. Illud autem signum per semetipsum esse et nullius horum indigere manifestum est.

A. Ita est, ut dicis; sed diligentius considera, utrum latitudo vere undique secari queat an alicunde nec ipsa sectionem possit admittere, quamvis plus admittat quam linea. 5

E. Nescio prorsus, unde non possit.

A. Credo te non recordari; nam nescire istud nullo modo posses; quare commonefaciam te isto modo. Certe enim latitudinem sic intellegis, ut cogitatione tua de altitudine nihil usurpes. 10

E. Sic omnino.

A. Accedat igitur huic latitudini altitudo, et responde iam, utrum etiam aliquid accesserit, quo magis undique secari queat. 15

E. Mire omnino admonuisti. Nunc enim video non solum desuper aut ex inferiori parte, sed a lateribus quoque admitti posse sectionem nihilque omnino remansisse, unde non queat penetrare divisio. Quare manifestum est et latitudinem ex his partibus secari non posse, per quas surrectura est altitudo. 20

21. *A.* Quoniam tibi igitur, si non fallor, et longitudo et latitudo et altitudo nota est, quaero, utrum possint deesse duo superiora, ubi aderit altitudo. 25

E. Sine longitudine quidem video esse non posse altitudinem, sine latitudine autem potest.

1 latitudinem *TD* quidem *om.J* 2 posse] potest *Xac.* et *om.CK*
 4 dicas *Cac.K* sed] sicut *Y* 5 aliunde *LY* ipsam *STY* 6 quamvis
 plus admittat *om.L* 9 istoc *VJ*, istuc *LY* 10 posses *SYZ*, potes *cel.*
 communefaciam *K*, commonere faciam *Y*, commonere te faciam *Zac.*
 11 cogitatio *D* 14 igitur] ergo *Y* 17 video] ideo *D* 20 penetraret *K*
R(atio) quare *J* et *om.CKXJ*, *exp.Z* 21 non *om.SY* quas] quam
SZac., qua *K* resurrectura *J* 23 *interlocutoris siglum om.J* quoniam]
 quo *K* igitur] ergo *Y* 25 superiora] priora *CKVJ* 27 non potest *D*

A. Redi ergo ad cogitationem latitudinis; et si eam quasi iacentem animo figuraveris, erigatur in quodlibet latus, tamquam si eam velles per tenuissimam rimam, ubi se clausae ianuae iungunt, educere. An nondum intellegis
5 quid velim?

E. Intellego quid dicas, sed nondum fortasse quid velis.

A. Illud scilicet, ut respondeas, utrum sic erecta latitudo videatur tibi migrasse in altitudinem et latitudinis iam nomen descriptionemque amisisse an adhuc maneat lati-
10 tudo, quamvis ita sit conlocata.

E. Videtur mihi altitudo esse facta.

A. Recordarisne, obsecro, quemadmodum altitudinem definieramus?

E. Recordor plane et me iam sic respondisse pudet.
15 Nam etiam hoc modo quasi erecta latitudo sectionem per longum deorsum versus non admittit. Quare nulla in ea possunt interiora cogitari, quamvis medium et extrema cogitentur. Secundum autem superiorem demonstrationem altitudinis, quam fecisti ut recordarer, nulla omnino est
20 altitudo, ubi nihil intus cogitari potest.

A. Recte dicis et sic te omnino meminisse cupiebam. Quamobrem illud iam volo respondeas, utrum falso verum anteponas.

E. Iam hinc dubitare incredibilis dementia est.

25 *A.* Dic ergo, quaeso te, numquidnam vera linea est,

1 M(ag.) redi – 6 velis *Xm2mg.* cognitionem *J* 2 figuraveras *TDY*
quotlibet *K*, quolibet *SDCac.* 3 eam] etia//am *Y* rimam] summam
J (vel rimam *m3sl.*) 4 se *om. Y* clausae] reclusae *Y* ianuae] valvae
K, palpaе *CL* 6 sed *om. Y* 7 utrum] virum *C* (utrum *m.post.sl.*) 8
altitudinem] latitudinem *Yac.* 9 discript- *VLXJ* ammisisse *XY* 10
ita] ista *L* 13 defin-, diffin- *codd.promiscue* 14 *E.*] R(atio) *Y* et me
iam] me etiam *SZ* 15 modo] do *D* latitudo] altitudo *LX* (vel latitudo
mg.) 16 in ea] linea *Y* 18 autem] hoc *Y* 22 volo iam *V* utrum –
23 anteponas *Cm2mg.* 24 dementiae *L* est *om.D*

quae per longum secari potest; aut verum signum, quod ullo modo secari potest; aut vera latitudo, quae cum erecta est, ut diximus, sectionem per longum deorsum versus admittit?

E. Nihil minus.

5

XIII.22. *A.* Umquamne igitur oculis istis corporeis vel tale punctum vel talem lineam vel talem latitudinem videristi?

E. Omnino numquam. Non enim sunt ista corporea.

A. Atqui si corporea corporeis oculis mira quadam rerum cognatione cernuntur, oportet animum, quo videmus illa incorporalia, corporeum corpusve non esse. An tu aliter existimas?

E. Age, iam concedo corpus non esse animum vel quicquam corporeum. Quid est tandem? dic mihi.

15

A. Vide interim, utrum confectum sit carere illum omni illa quantitate, de qua nunc quaestio est; nam quid sit animus, oblitum te esse miror priore inter nos quaestione discussum. Meministi enim te quaesisse primitus, unde esset; quod duobus modis a nobis tractatum esse memini: uno, quo quasi de regione eius quaesitum est, altero, utrumnam ex terra vel igne vel alio quopiam istorum elementorum esset vel ex omnibus vel ex aliquibus horum. In qua quaestione constitit inter nos non magis hoc quaerendum esse quam unde sit terra vel si quid aliud elementorum singulorum. Intellegendum est enim, quamquam deus fece-

20

25

1 quae] quem *K* aut – 2 potest *om.L* 2 quae] quem *K* erecta] recta *Zac.m.post.* 3 sectione *D* 5 nihilominus *Cac.K* 6 igitur] ergo *Y* 9 numquam omnino *J*, umquam *Zac.m.post.* 10 atquin *STD* 11 cognatione] cogitatione *Sm2mg.TDX*, cognitione *a* videamus *T* 12 corpus *Cac.m2* 14 concede *D* 16 vide] unde *L* 16sq. illa omni *edd.* 20 duobus] vobis *D* tractum *L* 21 quo] quoque *V*, quod *J* quaesitum – 22 istorum *om.D* altero] alter *T* 23 esset *JY*, esse *Cac.Xac.Tac.cet.* eorum *J*

rit animum, habere illum certam substantiam, quae neque
terrena neque ignea neque aerea sit neque umida; nisi forte
arbitrandum est deum terrae dedisse, ut nihil aliud sit
quam terra, et non dedisse animo, ut nihil aliud quam
5 animus sit. Si autem definiri tibi animum vis et ideo quaeris,
quid sit animus, facile respondeo. Nam mihi videtur esse
substantia quaedam rationis particeps regendo corpori ad-
commodata.

XIV.23. Itaque illud potius adtende, unde ambigitur
10 nunc, utrum quantitas et quasi, ut ita dicam, locale spa-
tium animo ullum sit. Nam profecto, quia corpus non est –
neque enim aliter incorporea ulla cernere valeret, ut supe-
rior ratio demonstrabat –, procul dubio caret spatio, quo
corpora metiuntur, et ob hoc recte credi aut cogitari aut
15 intellegi talis eius quantitas non potest.

Si autem te movet, cur tanta caeli, terrae marisque
spatia memoria contineat, cum sit ipse nullius quantitatis:
mira quaedam vis est, quam tamen ex his, quae a nobis
comperta sunt, quantum ingenio tuo inest luminis, animad-
20 vertere potes.

Si enim corpus nullum est, ut ratio iam ostendit, quod
longitudine, latitudine, altitudine careat, nihilque eorum
nisi cum aliis duobus esse in corpore potest, animo tamen
etiam solam lineam interiore quodam oculo, id est intelle-
25 gentia, videre concessum est, arbitror nos concedere sic
animum corpus non esse, ut sit corpore melior.

1 animam V illam V quae neque] quinque Xac. 2 aerea
TDCVXJZac. humida codd.exc. CLX, humi D 3 terra aedissee D 6
animus] definitio animi YZac.m.post. esse om. Y 7 rationis] orationis
K 9 ambigitur Cac. 11 in animo S ullum SYZ, nullum cet. nam]
nec L quia STDYZ, quoniam cet. 12 incorporea] in corpore D ulla]
illa STDCLYZac. 13 demonstravit L 14 aut pr. om. L 16 terraeque
VXac.Jpc. 17 ipsa Xpc. Y ipse sit J 19 comparata S (al. comperta
m2mg.) tuo Sm2sl.Zm.post.sl., om. Y animadverti Y 20 potest LX
23 in animo V 24 interiorem Cac.KZ

Quo concesso non opinor dubitandum esse eum etiam
 linea esse meliorem; ridiculum est enim, cum tria illa insint
 corpori, ut corpus sit, non his omnibus esse meliorem qui
 corpore est melior. At ipsa linea, qua melior esse convinci-
 tur animus, ideo ceteris duobus praestat, quia minus quam 5
 illa duo secari potest. Porro illa duo eo magis secantur quam
 linea, quo magis se in spatium distendunt. Linea vero spa-
 tium nisi longitudinis nullum habet, quo sublato nihil om-
 nino remanet spatii. Quapropter quicquid linea melius est,
 necesse est nullo spatio sit et omnino dividi secarique non 10
 possit.

Frustra igitur, ut opinor, quantitatem animi, quae
 nulla est, invenire laboramus, cum eum linea concedamus
 esse meliorem. Et si figurarum omnium planarum illa op-
 tima est, quae circulo effingitur, in qua ratio docuit nihil 15
 esse melius puncto atque potentius, quod nullo dubitante
 partibus caret, quid mirum, si anima neque corporea sit
 neque ulla aut longitudine porrecta aut latitudine diffusa
 aut altitudine solidata et tamen tantum valeat in corpore,
 ut penes eam sit regimen omnium membrorum et quasi 20
 cardo quidam in agendo cunctarum corporalium motio-
 num?

24. Cum autem oculi medium, quae pupilla dicitur,
 nihil aliud sit quam quoddam punctum oculi, in quo tamen

1 esse *om. SCKYZ*, est *TDVL* 2 lineam *K* 3 sit] *add.* animum
Sm2sl.TD 4 corpori *CK* qua] quam *K* 5 ideo –minus *om. T* 6 eo
 –7 quo *om. L* 7 distendit *D* 9 linea] in ea *VX* est *om. K* 13 laboramus]
add. hoc loco ab animae substantiam (!) corpoream quantitatem excludit
 dicitque quasi linea secari non potest quac omnibus figuris melior est,
 multo magis animus quantitati caret cuius natura potentior adprobatur
K (*nota marginalis falso in textum recepta*) 14 si *om. Sac.m2L* figuram
D omni *X* 15 effingitur] efficitur *SZ*, al. effingitur *Sm2* 16 melius
 esse *edd.* 18 diffusa] defussa *J* 19 altitudine] latitudine *Cac.* 20 penes
 eam] pene seca *K*, eam *om. D* et] ut *D* 21 cunctorum *Sac.m2* 23
 autem] his *Y* 24 quodam *Sac.m2Jac.*

tanta vis est, ut eo dimidium caelum, cuius ineffabile spatium est, ex aliquo eminenti loco cerni conlustrarique possit, non abhorret a vero animum carere omni corporea magnitudine, quae tribus illis differentiis consummatur,
 5 quamvis corporum magnitudines quaslibet imaginari queat.

Sed paucis licet ipso animo animum cernere, id est, ut ipse se animus videat; videt autem per intellegentiam. Huic soli enim licet videre nihil esse in rebus potentius et magni-
 10 centius his naturis, quae, ut ita dicam, sine tumoribus esse intelleguntur; tumor enim non absurde adpellatur corporis magnitudo; quae si magnipendenda esset, plus nobis profecto elephanti saperent. Quod si quisquam eorum cognatus dicet elephantos esse sapientes – sensi enim quamvis admi-
 15 rans, sensi tamen etiam hinc homines saepe ambigere –, illud, quantum opinor, saltem concedet, plus asino sapere apiculam; quorum comparare magnitudines plus profecto est quam asininum.

Vel quod etiam de oculo dicebamus, cui non liqueat
 20 aquilae oculum multo quam noster est, esse breviorē? quo tamen illa sublime ita volans, ut a nobis in tanta luce difficile cernatur, latentem sub frutice lepusculum et sub fluctibus piscem videre comperta est.

1 medium *L* 3 corpore *Y* 4 consumatur *D* 8 se *om.L* autem] his *Y* 9 enim soli *Zpc.* potentius] *om.L*, potius *Laon 55 ac.* 11 non *om.S* 12 quae si] quasi *K* magna pepeddi (!) *Xac.m2*, magna pedenda *Vac.* essent *Xac.*, esse *Y* 13 elephantis//apperient *Cac.*, -tis saperent *L* elef- *TD*, elif- *JLaon 55 (item 14)* quisquam] quoque *Y* cognitus *D* 14 dicit *XY* sapientes esse *X* 16 saltem, saltim *codd.promiscue (sim.saepe)* concedit *CK*, concedes *Dpc.* 17 apicula *D* quorum] horum *SY* 18 asininum] asinum *SYac.* 19 dicemus *K* linqueat *D*, liceat *J* 20 est *om.D Laon 55* quo] quod *L* 21 volens *L* a *om.L*

Quod si in ipsis sensibus, quibus nisi corporea sentire non datum est, nihil ad rem, id est ad vim sentiendi, valet corporis magnitudo, metuendumne est, quaeso, ne animus humanus, cuius excellentior et paene solus aspectus est ipsa ratio, qua etiam se invenire molitur, nihil sit, si illum eadem ratio, id est se ipse, omni magnitudine, qua obtinetur locus, carere convicerit? 5

Magna quaedam, mihi crede, magna, sed sine ulla mole de animo cogitanda sunt. Quod facilius contingit his, qui aut bene eruditi ad haec accedunt non studio inanis gloriae, sed divino amore veritatis accensi aut qui iam in his quarendis versantur, quamvis minus eruditi ad investiganda ea venerint, si patienter bonis se dociles praebent atque ab omni corporum consuetudine, quantum in hac vita permittitur, semet avertunt. Fieri autem non potest quadam divina providentia, ut religiosis animis seipsos et deum suum, id est veritatem, pie, caste ac diligenter quaerentibus, inveniendi facultas desit. 10 15

XV.25. Sed ab ista quaestione, nisi quid te adhuc movet, iam recedamus, si placet, et ad alia transeamus. Quicquid autem de illis figuris loquacius a nobis fortasse disputatum est quam volebas, videbis quantum ad alia valebit, si hanc disceptationem aliquid eo adiutam esse concedis; 20

4 (so)lus – p. 175,10 pro(bem) *deest* L

1 quibus *om. T* 3 metuendum. Ne *CK* 4 poene *LJ* 5 qua] quae *X* 6 omni] omnium *J Laon 55ac.* 8 quaedam *om. STDYZac.m.post.* mihi magna crede *S* crede mihi *edd.* 9 sint *J Laon 55* 11 qui iam *STY*, quia *D*, cum iam *cet.* 12sq. investigandae evenerint *C* (-nda *pc.m3*, quae *add.* haec *sl.*), investigande aevenerint *K* 13 si patienter *VJ Laon 55*, sapienter *Xac.m2*, se patienter *cet.* se dociles *Xpc.m2*, dociles *Xac.m2 cet.*, docibiles *pae* praebeant *VXpc.m2J*, *add.* consensum *Jm3sl.* 15 autem] enim *D*, his *Y* 17 pie caste] pietatem *Zac.m.post.* 19 adhuc te *lm*, te adhuc *pae*, te ab hac (!) *Y*, te ab hac *Z* (adhuc *m.post.sl.*), te ad haec *cet.* 21 autem] his *Y* 22 videbas *K* 23 concedas *V*

nam et exercet animum hoc genus disciplinarum ad sub-
 lora cernenda, ne luce illorum repercussus et eam sustinere
 non valens in easdem tenebras, quas fugere cupiebat, liben-
 ter refugiat, et adfert argumenta, nisi fallor, eertissima,
 5 quibus, quod fuerit inventum atque confectum, impuden-
 tem habeat dubitationem, quantum homini talia vestigare
 permissum est. Minus enim ego de his rebus dubito quam de
 his, quas istis oculis videmus cum pituita semper bellum
 gerentibus. Quid enim minus ferendum et audiendum est
 10 quam fateri nos ratione praestare bestiis et eam rem fateri
 esse aliquid, quam corporeo lumine sentimus, quam etiam
 nonnullae bestiae melius cernunt, id autem, quod ratione
 intuemur, nihil esse contendere? Quod si diceretur tale esse,
 quale illud est, quod oculi vident, nihil profecto dici posse
 15 indignius videretur.

26. *E.* Accipio ista libentissime atque adsentior. Sed
 illud me movet, cum corporeae quantitatis non esse ani-
 mam res ita elara sit mihi, ut omnino, quemadmodum
 resistam illis argumentis et quid eorum non concedam,
 20 prorsus ignorem: primum, eam aetate ut corpus crescit, ita
 et anima vel crescat vel crescere videatur. Quis enim neget
 pueros infantes ne bestiarum quidem nonnullarum astutiae
 comparandos? Quis autem dubitet illis crescentibus etiam
 ipsam in eis quodammodo crescere rationem? Deinde, si per

deest L

1 et *om. Y* 2 ea *STDYZac.* 3 cupiebas *VX Laon 55* 5
 impudentem] *add. non Jsl., non pudentem D* 8 pituita *SYZac., vel ta*
Sm2sl. 9 ferendum *VX* audiendum *VXJ* 10 quam] *vel qua Jm2sl.*
 eam *om. TD* fateris *TDac.* 11 quam *pr.]* vel quod *Jm2sl* 12 nonulle
Laon 55 id autem] *in his Y* 13 quod] *vel quid Jm2sl.* si diceretur
om. J 14 profecto] *perfecto Y* 15 videtur *Dax.X* 16 ista accipio *D*
istuc Z assentio *Z* 19 concedat *J*, cedam *Laon 55* 21 excrecere *CK*
 videamus *D* 22 pucros] *om. Y, exp. Z* 23 autem] *his Y (hoc pc.)*

spatium sui corporis anima distenditur, quomodo nullius quantitatis est? Si autem non distenditur, quomodo sentit ubique pungentem?

A. Omnino ea quaeris quae me quoque saepe moverunt. Itaque non sum imparatus tibi respondere, ut mihi soleo; utrum autem bene, ratio quae te agit iudicabit. Qualecumque id tamen sit, plus certe non possum, nisi forte aliquid melius, cum disputamus, in mentem divinitus venerit. Sed agamus, si placet, more nostro, ut duce ratione tu tibi ipse respondeas. 5 10

Ac prius quaeramus, utrum crescentis cum corpore animi certum argumentum sit, quod aetatis accessu aptior humanae consuetudini homo et in ea magis magisque peritus est.

E. Age, ut placet; nam et ego id genus docendi ac discendi maxime probo. Nescio quo enim modo, cum id, quod nesciens quaerebam, ipse respondeo, fit ipsa inventio non modo re, sed admiratione etiam dulcior. 15

XVI.27. *A.* Dic ergo, utrum tibi maius et melius duo quaedam an unum atque idem esse videatur duobus nominibus adpellatum? 20

E. Scio aliud esse quod maius, aliud quod melius dicimus.

A. Quid horum duorum est, cuius esse putes quantitatem? 25

E. Id videlicet quod maius dicimus.

deest L

2 autem] his *Y* (hoc *pc.*) 3 pungentem] pugnans *K* 6 autem] his *Y* (hoc *pc.*) bene ratio] veneratio *D* te] tecum *YZ* iudicavit *Laon* 55 9 more] in ore *K* 10 ipsi *X* respondeas ipse *C* 13 magis *om. D* 14 placeat *K* 16 fit] sit *JY Laon* 55 20 nominibus] modis *Laon* 55 (nominibus *m.al.mg.*) 22 quod *pr. et alt.*] que *Y* diximus *K* 24 interlocutoris siglum *om. Y* putes esse *Laon* 55 26 maius] magis *Dac.*

A. Quid? cum duarum figurarum rotundam quadrata meliorem esse confitemur, quantitasne id facit an quid aliud?

E. Nullo modo quantitas, sed illa, de qua superius egimus, aequalitas huius excellentiae causa est.

A. Nunc ergo illud adtende, utrum tibi videatur virtus aequalitas quaedam esse vitae rationi undique consentientis. Nam si aliud ab alio in vita discrepet, magis, ni fallor, offendimur, quam si aliqua pars circuli maiore minoreve intervallo quam aliae partes distet a puncto. An tu aliter existimas?

E. Immo adsentior et hanc, quae abs te descripta est, probo esse virtutem; nam et ratio non dicenda est aut existimanda nisi vera; et cuius vita per omnia congruit veritati, is est profecto vel solus vel certe maxime qui bene atque honeste vivit; et qui ita sit adfectus, solus habere virtutem et ea vivere iudicandus est.

A. Probe dicis. Sed certe etiam illud vides, ut opinor, similiorem virtuti esse circulum figurarum planarum alia qualibet. Hinc est enim quod apud Horatium magnis laudibus solemus extollere illum versum, quo ait, cum de sapiente ageret:

‘fortis et in se ipso totus teres atque rotundus’.

23 Hor. sat. 2,7,86 (Hagendahl, Test. 412)

deest L

1 quadratam *TCac.K*, quadratae *YZac.* 2 faciat *SZac.*, faciad *Y* quid] aliquid *J* 4 interlocutoris siglum *om. Y* 5 aequalitas] et qualitas *K* causa est] necesse est *J* (causa est *mg.*) 8 nisi *SX* 9 offendimus *YZac.* 10 quam] quod *Yac.* distenta puncto *SY* 12 abs te] absque *Y* 14 congruet *K* 15 veritati is est] veritatis est *K Y*, veritati, sed *C* (vel et *m3sl.*) profecto] perfecto *Y* certe *om. D* 16 qui] quid *Y* 19 esse virtuti *edd.* circulum] *add.* quam *STDCK YZac.* 19sq. aliam quamlibet *STDCK YZac.* 20 oratium *codd.* 22 ageretur *Y* 23 teres] tres *C* (teres *sl.*)

Et recte; nam neque in animi bonis quicquam invenis, quod
magis sibi ex omni parte consentiat quam virtutem neque
in planis figuris quam circum. Quamobrem si circulus non
magnitudine spatii, sed quadam conformatione ceteris
praestat, quanto magis de virtute existimandum est, quod 5
non maioris loci occupatione, sed divina quadam congruen-
tia rationum atque concordia ceteras adfectiones animi
superat?

28. Cum autem puer proficit laudabiliter, ad quam rem
magis quam ad virtutem proficere dicitur? an tibi non 10
videtur?

E. Manifestum est.

A. Non igitur tibi debet videri animus sicut corpus
crescendo cum aetate proficere; proficiendo enim ad virtu-
tem pervenit, quam fateamur nulla spatii magnitudine, sed 15
magna vi constantiae pulchram esse atque perfectam. Et si
aliud est maius, aliud melius, ut iam dedisti, quicquid
anima cum aetate proficit composque rationis fit, non mihi
videtur fieri maior, sed melior. Quod si membrorum id
faceret magnitudo, eo quisque prudentior esset, quo longior 20
aut validior; quod se aliter habere non, opinor, negabis.

E. Quis istud negaverit? Sed tamen, cum proficere
animam per aetatem etiam tu concedas, miror qui fiat, ut
omnis quantitatis expers, etiamsi non membrorum spatio,
at certe temporis adiuvetur. 25

deest L

I recte] *add.* oratius dicit *K* animo *YZac.* bono *Y*, boni *Sac.m2*
invenis] -ies *V*, -ri *J* (vel invenis *sl.*), -imus *Laon 55* (vel *s sl.*) 4
magnitudinis *K* conformationem *Ypc.* 6 non *om.D* sed] deus *Y* 7
ratione *SYZ* ceteros *Y* 9 autem] his *Y* (hoc *pc.*) 10 non tibi *lm* 13
debet tibi *J* sicut] his *Y* 15 qua *D* fateamur *Jpc.Laon 55* 16
constantiae] conscientiae *S* (al. stantie *m2sl.*) 17 dedisti] didicisti
DXpc.m2 18 fit] sit *Laon 55* 20 facere *D* 21 aliter] taliter *Y* ut opinor
XJ Laon 55 (ut *m.al.mg.*) 22 istud] istuc *YZLaon 55*, istunc *K*, tunc
SC, istud *Sm2sl.* 23 qui] quid *D* 25 at] aut *SX*, haut *J* (tamen *m3sl.*),
om.Y

XVII.29. A. Desine mirari; nam et hic tibi simili ratione respondeo. Ut enim membrorum magnitudo ideo nihil adfert argumenti, cur animam adiuvet, quod inulti exilioribus brevioribusque membris prudentiores inveniuntur quibusdam magna mole corporis praeditis, ita quoniam iuniores nonnullos senioribus plerisque magis industrios atque strenuos videmus, non video, cur putanda sint spatia temporis in aetatibus incrementa ut corporibus, sic animis dare, cum et ipsa corpora, quibus per tempus crescere atque ampliora spatia tenere concessum est, saepe sint annosiora breviora, non modo senilia, quae magnitudine temporis contrahuntur atque minuuntur, sed etiam puerorum, quos animadvertimus his breviores esse corpore, quibus sunt aetate maiores.

Si igitur porrecta in plurimum tempora ne ipsis quidem corporibus magnitudinis adferunt causam, sed omnis illa seminis vis est et quorundam naturae numerorum sane occultorum et difficilium ad dinoscendum, quanto minus arbitrandum est longo tempore animam fieri longiorem, quia eam videmus usu rerum atque adsiduitate multa didicisse?

30. Quod si te illud movet, quod solemus eam, quam Graeci macrothymian vocant, longanimitatem interpretari, animadvertere licet a corpore ad animum multa verba

deest L

1 rationi Y 2 respondebo Jac. 3 adfert] defert Laon 55ac.m.al. anima Y 5 praedictis C 6 plerisque om. VJ Laon 55 7 sunt V 9 et] ex Y 9sq. atque ampliora] amplioraque CK 11 senilia] senum Zpc.m.post. 12 et trahuntur Jac. 13 breviora S corpora SZac. 16 causas CK 18 dignoscendum elm 19 est om. Laon 55 longe Y longiorem animam fieri CK VJ Laon 55 20 quia] qua Y 22 illum D ea K 23 ΜΑΚΡΟΘΥΜΙΑΜ Laon 55, macrothymian CK, macrothimiam (-thym Vpc.) TVJ, magrothimiam D, machrotymiam X, machrotimiam SYZ

transferri, sicut ab animo ad corpus; nam si 'montem
improbum' et 'iustissimam tellurem' dixit Virgilius,
quae verba cernis ab animo ad corpora esse translata, quid
mirum, si mutua vice longanimitatem dicimus, cum longa
nisi corpora esse non possint? Ea vero, quae inter virtutes 5
adpellatur animi magnitudo, ad nullum spatium, sed ad
vim quandam, id est ad potestatem potentiamque animi
relata recte intellegitur, virtus eo pluris aestimanda, quo
plura contemnit. Sed de hac post loquemur, cum quaere-
mus, quanta sit anima, sicut quaeri adsolet, quantus fuerit 10
Hercules factorum excellentia, non mole membrorum; ita
enim supra distribuimus.

Oportet autem nunc te recordari, quod de puncto iam
satis egimus; nam id potentissimum esse maximeque in
figuris dominari ratio docebat. Potentia vero atque domina- 15
tus nonne ostendant quandam magnitudinem? Et in puncto
tamen nullum spatium reperiebamus. Non igitur magnum
vel ingentem animum cum audimus aut dicimus, quantum
loci occupet, sed quantum possit, cogitandum est.

Quamobrem, si iam primum argumentum tuum, quo 20
tibi per aetatem cum corpore animus crescere videbatur,
satis discussum est, transeamus ad aliud.

XVIII.31. *E.* Nescio utrum omnia, quae me non frustra
movere adsolent, persecuti fuerimus, et fieri potest, ut re-

Isq. Verg. Aen. 12, 687; Georg. 2, 460 (Hagendahl, Test. 933. 955)

deest L

1 sicut] si *Y* si *om.K* 2 virgilius dixit *C(verg-)KLaon 55* 3
translata - 5 esse *Cm2mg.* esse translata *post cernis tr.Laon 55* 5
corporea *DZ* inter virtutes quae *edd.* 6 animo *Y* ad *pr.]* et ad *Y*
8 aestimanda] exist- *YZ* 9 post] quo *J* (vel post *mg.*) loquimur *J*
queramus *K*, quaerimus *JZac.* 10 sicut] si *Y* solet *Cpc.* 11 hercules
J 12 super *Xac.* 13 autem] haec *Y* 16 nonne] non *C* ostendant
aelm, ostendat *CJ*, ostentat *Cpc. cet. p* 17 tamen] tam *V* 18 audivimus
Y, audiamus *Zac.* 20 quo] quod *SD* 23 Ad(eod., !) *Y* ad omnia *CK*
24 persecuti *Tpc.*

cordationem meam aliqua fugiant. Verumtamen, quod nunc in mentem venit, videamus, quale sit quod puer infans non loquitur atque id crescendo adsequitur.

5 *A.* Facile est istud; nam credo videri tibi ea lingua quemque loqui, qua loquuntur homines, inter quos natus educatusque sit.

E. Nemo id ignorat.

A. Constitue ergo quempiam ibi natum atque altum, ubi homines non loquerentur, sed nutibus membrorumque
10 motu cogitationes suas sibimet expromendas signarent. Nonne censes eum talia esse facturum neque locuturum, qui loquentem neminem audierit?

E. Nolo me hoc interrogas, quod fieri non potest. Qui enim tales homines, inter quos quemquam natum cogitare
15 possim?

A. Itane? tu non vidisti Mediolani adolescentem honestissimi corporis et elegantissimae urbanitatis, mutum tamen atque ita surdum, ut neque alios nisi motu corporis intellexeret neque ipse aliter quae vellet significaret? hic
20 enim est notissimus. Nam ego novi rusticum quendam loquentem de loquente uxore filios omnes mares atque feminas quattuor fere aut eo amplius – non enim satis nunc commemini – mutos surdosque genuisse. Nam ex eo, quod loqui non poterant, muti, ex eo autem, quod nulla signa nisi
25 oculis conligebant, etiam surdi intellegebantur.

deest L

1 fugient *Y* verumtamen] verum tunc *Y* 2 mente *D* 3 id crescendo] in cresc- *m* 4 istuc *SVJYZ*, vel hoc *Vmg.* videntibus *V* (vel videri tibi *m.post.mg.*) 8 ibi] ubi *VY*, ibi *Vmg.* alitum *Tpc.* 9 nutu *Zac.* 10 expromendas] exprim- *Spc.m2DXpc.* 13 qui] quis *SYZ*, quid *J* 14 inter *ante* tales *add.Sm2* inter quos *om.S* cogitari *X* 15 possit *STDYZ* 16 mediolanum *CK* 18 atque ita *edd.exc.p.* ita atque *codd.* 19 hic] hinc *K* 22sq. nunc commemini] mecum quot memini *J* 24 autem] haec *Y* 25 intellegebatur *D*

E. Illum vero ego bene novi et de istis nescio quibus credo tibi. Sed quorsum ista?

A. Quia dixisti non te posse cogitare inter tales homines nasci quempiam.

E. Nec nunc aliud dico; nam istos, nisi fallor, inter eos 5 qui loquerentur natos esse concedis.

A. Non equidem negaverim. Sed cum iam inter nos constet nonnullos tales homines esse posse, quaeso cogites, si ex hoc genere mas et femina iungerentur atque in aliquam quocumque casu delati solitudinem, ubi tamen vivere valerent, gignerent filium non surdum, quemadmodum esset 10 cum parentibus iste locuturus?

E. Quemadmodum censes, nisi ut parentes ei dabant, ita gestu signa redditurum? Sed tamen puer parvus ne hoc quidem posset. Quare illa ratio mea manet integra. Quid 15 enim refert, utrum loqui an gestum facere crescendo adsequatur, cum ad animam utrumque pertineat, quam fateri nolumus crescere?

32.*A.* Iam mihi videris etiam, cum in fune quisque ambulat, ampliorem credere hunc habere animam quam 20 eos, qui id facere nequeunt.

E. Hoc aliud est. Quis enim hoc non videat esse artis?

A. Cur, obsecro, artis? an quia didicit?

E. Ita vero.

A. Quare tibi ergo etiam, si aliud quisque discat, non 25 artis videtur?

deest L

1 vero ego] ergo *K*, vero *Cm2sl.* 3 cogitasse *K* 5 interlocutoris siglum *om.D* M(ag.) nam istos *X* 7 Ad(eod.) *D*, M(ag.) *eras.K* nonne quidem *Xac.Y* 8 constat *Y* 9 mas] masculus *SCXYZ*, masc. *K* 14 ita gestu] ista iesta (!) *Y* tamen] tunc *Y* hoc] id *YZ* 15 possit *VXJ* 16 refert] differt *Z* 19 funem *K* 21 qui id] quid *Tac.DCac.KVac.XY* 22 alius *K* artis *om.K* 23 cur] cum *K* didicit] discitur *Z* 25 interlocutoris siglum *om.Y*

E. Plane quicquid discitur, artis esse non nego.

A. Non ergo ille didicit a parentibus gestum facere?

E. Didicit sane.

A. Oportet igitur et hoc non animae crescendo amplioris, sed imitatoriae cuiusdam artis esse concedas.

E. Non possum hoc concedere.

A. Ergo non omne quod discitur artis est, quod nunc concesseras.

E. Artis omnino.

A. Non ergo ille didicit gestum, quod item non minus dederas.

E. Didicit, sed hoc non est artis.

A. Atqui tu paulo ante dixisti artis esse quod discitur.

E. Age, iam concedo et loqui et gestum facere eo, quod ea didicimus, artis esse. Tamen aliae sunt artes, quas, dum in alios intendimus, discimus, aliae, quae a magistris nobis inseruntur.

A. Quas tandem istarum putas animam ex eo, quod amplior fiat, adipisci? anne omnes?

E. Non omnes puto, sed illas superiores.

A. Nonne tibi ex hoc genere videtur in fune ambulare? Nam et hoc videndo, ut arbitror, qui id faciunt adsequuntur.

E. Ita credo. Sed tamen non omnes, qui haec spectant et magno studio intuentur, adsequi possunt, sed qui huius rei magistros patiuntur.

deest L

1 *interlocutoris siglum om. Y* dicitur *Y* **6** *Ad(eod., !)* *Y* **7** *A(ug., !)* *Y* non omne *Ym2sl.* **8** *conseras Cac.m2* **9** *interlocutoris siglum om. X* **10** *interlocutoris siglum om. X* **11** *dederas] desideras C* **12** *non est hoc J* **13** *atqui – artis Ym2mg. atquin STDZ* dicitur] dicitur *K* **14** *concede D* **15** *discimus V* esse] vel sunt *Jm2sl.* **16sq.** *inseruntur nobis edd.* **18** *A(ug., !)* *Y* putes *K* **19** *ante omnes anne omnes K* **21** *ex] et Y* videretur *Y* **22** *qui id] quid DKXac. Y* **24** *sed – spectant Xm2mg.* expectant *Y*, expectant *Zac.*

A. Bene sane dicis; nam hoc tibi etiam de locutione responderim; multi enim Graeci et aliud linguae genus crebrius nos loquentes audiunt quam funiambulū spectant; qui ut linguam nostram discant, quemadmodum nos, cum ipsorum nosse volumus, saepe magistris traduntur. Quae cum ita sint, miror, cur animae incrementis tribuere velis, quod loquuntur homines, quod autem in fune ambulant, nolis.

E. Nescio quo modo ista confundis. Nam qui ut linguam nostram discat magistro traditur, novit aliam quandam suam, quam eum, quod eius anima creverit, puto didicisse; cum autem discit alienam, non ampliori animae, sed arti tribuo.

A. Quid? si ille, qui inter mutos natus atque altus est, sero ac iam iuvenis in alios homines incidens loqui didicisset, cum aliam linguam nullam nosset, eo tempore putares animam eius crevisse, quo loqui didicerat?

E. Numquam istuc ausim dicere; et iam cedo rationi nec puto amplioris animae argumentum esse, quod loquimur, ne et alias omnes artes cogar fateri crescendo animam consecutam. Quod si dixero, illud sequetur absurdum, de- crescere animam, cum quidque obliviscitur.

deest L

1 et hoc *edd.* 2 genus linguae *edd.* 3 funambulū *Cpc.Zpc.*, funiambulant *X* (-tem *pc.m2*) expectant *X* 6 ita] ista *T* 8 nolis] non vis *J* (vel nolis *m2sl.*), nobis *X* (non vis *m2pc.sl.*) 9 interlocutoris siglum *om.X* qui *om.D* 11 quam] *add.* ut *Y* eum] eius *VX* creveris *D* 12 autem] haec *Y* discit] didicit *YZ*, disci *Xac.m2* aliena *VJ* amplior *Y* 14 altus] alitus *Tpc.Xpc.* 17 quo] quod *K*, ut *Sac.m2Z* didiceret *Y*, didicerit *Zpc.* 18 numquam] num *J* istud *SZ*, istum *VXJ*, vel istud *Vm.post.mg.* dicere et] diceret *C* 19 argumenta *Zac.* quod] quid *Dpc.* 20 ne et] nec *D* artes omnes *Y* cogas *Sac.m2YZac.* 21 sequetur] sequi *CK*, sequimur *Zac.m.post.* absurdum -- 22 quid(que) *om.CK* 22 quidque] quisque *SYZac.m.post.*

- XIX.33. A. Bene intellegis et verum ut audias, recte dicitur anima discendo quasi crescere et contra minui dediscendo, sed translato verbo, ut superius ostendimus. Tantum illud cavendum est, ne quasi spatium loci maius occupare videatur, dum dicitur crescere, sed maiorem quandam vim peritior quam imperitior habere ad agendum. Magni tamen refert, qualia sint illa ipsa quae discit, quibus quodammodo videtur augeri. Nam ut in corpore tria sunt genera incrementorum, unum necessarium, quo naturalis convenientia impletur in membris, alterum superfluum, quo a ceteris membris integra valetudine augendo aliquid discrepat, per quod interdum evenit, ut senis digitis nascentur homines, et pleraque alia, quae, cum praeter consuetudinem nimia sunt, monstrosa numerantur, tertium noxium, quod cum accidit, tumor vocatur – nam etiam sic membra crescere dicuntur et re vera locum occupant ampliorem, sed expugnata bona valetudine –, ita in animo quaedam quasi naturalia incrementa sunt, cum honestis et ad bene beateque vivendum adcommodatis disciplinis augeri dicitur. Cum vero ea discimus, quae mirabilia quam utiliora sunt, quamquam nonnullis rebus plerumque opportuna, supervacanea tamen et de illo secundo genere numeranda sunt. Non enim, si quidam tibicen, ut Varro auctor est, ita populum delectavit, ut rex fieret, ideo animum nostrum illo artificio

22–24 Varro frg. incert. (Hagendahl, Test. 670)

deest L

2sq. minui dediscendo] invade discendo *D* 3 tantum] tamen *edd.* 6 quam imperitior *om. V* 6sq. magni tamen] magnitudinem *D* 7 illa] alia *Zac.m.post.* 8 corpora *K* 14 monstrosa *Sac.m2Dac.C'K Vac.XJZac.* numerantur *codd. pa.* nominantur *elm* 15 quod] quam *K* accidat *Zac.* sic] si *K* 16 sed] et *V* (sed *m.post.mg.*) 19 vivendum] videndum *Sac.T* 21 nonnullis] nullis *D* supervacuanea *VJ*, superbacanea *Y* 22 de illo *om.Z* 23 tybicen *S*, tybicinem *Zac.* Varro] u *K* 24 delectavit ut rex] delectabitur ex *Cac.K* animum] omnium *K* illo] ullo *J*

augendum putare debemus, quia nec maiores quam humani sunt, dentes habere vellemus, si audissemus a quopiam, quod tales habuerit, morsu hostem necatum. Noxium vero illud est genus artium, quo animi valetudo sauciatur; nam et odore ac sapore mire diiudicare pulmenta et quo lacu piscis captus sit vel quotenne vinum sit, nosse dicere quaedam est miseranda peritia; et his artibus cum quasi crevisse anima videtur, quia neglecta mente defluxit in sensus, nihil aliud quam tumuisse vel etiam contabuisse iudicanda est.

XX.34. *E.* Accipio ista et adsentior; nec tamen nihil angor ex eo, quod imperita omnium rerum et bruta est anima, quam in puero recens nato, quantum licet, inspicimus. Cur enim nullam artem secum adtulit, si aeterna est?

A. Magnam omnino, magnam et qua nescio utrum quicquam maius sit, quaestionem moves, in qua tantum nostrae sibimet opiniones adversantur, ut tibi anima nullam, mihi contra omnes artes secum adtulisse videatur nec aliud quicquam esse id, quod dicitur discere, quam reminisci et recordari.

Sed vide, ne huius temporis non sit, utrum ista habeant ita sese, requirere. Nunc enim agimus, ut adpareat, si potest, non eam secundum loci spatia parvam magnamve no-

17–19 *cf.* *Retract.* 1,7,2 18sq. *cf.* *Cic. Tusc.* 1,57 (Hagendahl, *Test.* 294)

deest L

2 sunt] sed *Y* quopiam] copiam *Y* 5 odore] honore *CK*, odore *Cm3sl.* 6 quodenne *CX*, quod lene *Cpc.m3*, quodtenne *S*, quod tenue *YZ*, quo tenue *Zac.* vinum] unum *D* 8 quia] quae *edd.* 9 quam tumuisse vel] quantum vis se velle *Y* diiudicanda *D* 10 adsentior] *add.* ista *Y* 11 angor] agor *Y* 14 utrum *om. Y* 15 in qua tantum] in quantum *VY*, tantum *Vpc.* 16 nullas *Y* 18 quicquam *om. Y* 20 sed] et *VX*, sed *Vmg.* vide ne *codd.p.*, videsne quam *aelm* 21 sese] se *Sac.m2YZac.m.post.* sese ita *VX* 22 spatia parvam magnamve] spatiam (!) parvamve *Cac.m2*

minari; aeternitatem autem eius, si ulla est, opportune
 scrutabimur, cum illud quod quartum posuisti: 'Cur corpori
 fuerit data', quantum fas est, tractare coeperimus. Quid
 enim ad talem eius quantitatem adtinet, semperne an non
 5 semper fuerit futurave sit aut quod nunc perita nunc impe-
 rita est, eum et longum tempus ne corporibus quidem ad-
 ferre magnitudinis eausam superius probaverimus et peri-
 tiam notissimum sit posse nullam adesse ereisentibus ac
 saepe senescentibus opportunam esse multaque alia dicta
 10 sint satis, ut opinor, ad demonstrandum non cum magnitu-
 dine corporis, quam aetas adfert, etiam animam fieri am-
 pliorem?

XXI.35. Quare videamus, si placet, illud alterum argu-
 mentum tuum quale sit, quod per totum spatium corporis
 15 taetus sentitur ab anima, quam spatii nullius esse volumus.

E. Sinerem iam ad illud transiri, nisi de viribus dicen-
 dum aliquid arbitrarer. Quid est enim hoc, quod auctiora
 per aetatem corpora vires praebent animae ampliores, si
 cum his amplior non fit anima? Quamquam enim virtus
 20 animae, vires autem corporis putari soleant, numquam
 tamen ab anima eas abiudicaverim, cum videam in exani-
 mis corporibus nullas esse. Per corpus quidem viribus, sicuti
 sensibus, uti animam non negandum est; tamen quando ista
 sunt viventis officia, quis haec dubitaverit ad animam po-

deest L

1 autem] haec *Y* 2 scrutabimus *K* cum] tum *C* 3 data – 5 fuerit
Cm2mg. ceperimus *DKVY* 4 talem eius *edd.*, eius talem *codd.* 5 sit]
 scit *D* nunc perita *om.C* nunc imperita *om.Y* inperitia *C* nunc
 imperita nunc perita *aelm* 6 nec *SYZac.* 10 sunt *KXpc.* 14 corporis]
 temporis *X* 15 sentiuntur *YZac.* 16 Ad(eod., !) *Y* 16sq. aliquid
 dicendum *J* 17 quid – 18 praebent *om.D* hoc enim *codd.p.*, enim hoc
aelm 19 non fit *Cm2sl.* enim *om.K* 22 per *om.D* sicuti *J*, si *Y*, sicut
cet. 23 quando] quoniam *Y edd.* 24 dubitaverit] putaverit *V* (vel
 dubitaverit *m.post.mg.*)

tius pertinere? Cum igitur maiores vires in pueris grandiusculis quam in infantibus esse videamus ac deinde adulescentes iuvenesque in dies viribus praestent, donec rursus corpore senescente minuantur, non leve, quantum mihi videtur, crescentis cum corpore ac deinde senescentis animae indicium est. 5

36. *A.* Non usquequaque absurdum est quod dicis. Sed ego vires non magis in amplitudine corporis aetatisque incrementis quam in exercitatione quadam et conformatione membrorum esse soleo putare; id adeo ut tibi probem, quaero abs te, utrum alium alio pertinacius ambulare ac minus defatigari maiorum virium esse arbitreris? 10

E. Ita sentio.

A. Cur ergo puer multo amplius itineris conficiebam sine defectu, cum aucupandi studio in ambulando exerce- rer, quam adulescens, cum me ad alia studia, quibus sedere magis cogebar, contulissem, si accedenti aetati et per hanc animae crescenti vires ampliores tribuendae sunt? Deinde in ipsis luctatorum corporibus palaestritae non molem ac magnitudinem, sed nodos quosdam lacertorum et destri- ctos toros figuramque omnem corporis sibi congruentem peritis- sime inspiciunt et hinc potius argumenta virium conligunt. Quae tamen omnia parum valent, nisi vis artis et exercita- tionis accedat. Saepe etiam visum est ingentis corporis viros 20

1–10 pro(bem) *deest L*

2 in *om. VXJY* 3 corpore *om. T* 4 senescentem *TDK* minuatur *Xac. Y* 5 dein *CKV* desenescentis *Z* (al. dein senesc- *m. post. mg.*) 8 amplitudinem *D* corporis] *add. et conformatione X* 9 confirmationem *D* 10 id adeo] ideo *Z* (id autem *pc. m. post.*) 12 fatigari *V*, defitig- *J*, defetig- *Tac. CL* 15 aucupandi *J*, accubandi *K*, aucubandis *L* exercere *LYac.* 17 accedente *L*, accendi *D* accedentia etate *V* aetate *L* et *om. L* 18 animae *VXJZpc.*, homini *Zac. cet. pal* 19 palaestritae] palestri *D*, *add.* qui *CK* 20 nodos] nudos *C* destri- ctos *SLY*, districtos *Zpc.*, describtos *C*, descriptos *cet.* 21 thoros *SLYZ* 22 hinc] inde *Z* argumentum *S* virium *om. K* 23 tamen] tunc *Y* valet *LY* 24 visus *Y*

ab exiguis brevibusque superari vel in movendis vel in
 ferendis ponderibus vel in ipso etiam luctamine. Nam olym-
 pionicum quemlibet lassari citius in itinere quam circumfo-
 ranum aliquem mercatorem, qui uno illius digito conlidi
 5 possit, cui est incognitum? Quare si et ipsas vires non perae-
 que omnes, sed alias ad aliud aptiores magnas vocamus et
 corporum lineamenta magis et figurae quam magnitudines
 valent plurimum et si exercitationes tantum adferunt, ut
 celeberrime creditum sit hominem tollendo cotidie vitulum
 10 parvum egisse, ut eum etiam taurum sine sensu maioris
 oneris, quod paulatim addebatur, tollere ac sustinere pos-
 set, nequaquam amplioris aetatis vires cum corpore ani-
 mam crevisse significant.

XXII.37. Quod si amplius aliquid animalium maiora
 15 corpora eo ipso, quo maiora sunt, habent virium, illa causa
 est, quod lege naturae cedunt pondera minora maioribus
 non modo, cum ad proprium locum suoapte nutu feruntur,
 ut umida et terrena corpora in ipsius mundi medium locum,
 qui est infimus, rursus aerea et ignea sursum versus, sed
 20 etiam cum aliquo tormento aut iactu aut impulsu aut re-
 pulsu, eo quo non sponte ferrentur, vi aliena ire coguntur.
 Nam si ex alto dimiseris, quamquam simul, duos lapides
 disparis quantitatis, citius quidem maior terrae pervenit;

1 immovendis *L* 2 olympionicum] olimp- *D Vac. Y*, olympionicam
STK, olimpunicam *C*, olympi cum *L*, olympi cum *Z* 3 in itinere citius
edd. circumforaneum *L* 4sq. possit conlidi *X* 5 et si *Y* 6 per *add.*
ante omnes Zm.post. 10 parvum egisse] partium egis (!) *K* etiam eum
Y maiores *L* 11 possit *XJ*, vel e *Jm2sl.*, possent *D* 12 ampliores
STDKLZac. 14 ad aliquid *C*, aliquod *Vpc.Zpc.* 15 corpora eo ipso]
 corporeo ipso *L* 16 legi *S* minora pondera *J* a maioribus *K* 17
 suoapte] suapte *Cpc.*, suo *STDYZ*, vel suapte natura *Zm.post.sl.* feruntur]
 fuerunt *D* 19 infimus *L*, infirmus *C* aerea *TDCXpc.JZac.* sursum
Vpc. versum *D*, versa *S* 20 iactu] tactu *J* 21 quo] quod *S* ferentur
KVpc., feruntur *Zpc.* 22 exalte *Y* 23 dispares *SYZac.* quantitates
Yac. terrae] ad terram *Im*

sed si ei minor subiciatur eoque inevitabiliter occupetur,
 cedit profecto simulque in solum deducitur. Item si deicitur
 desuper maior, minor autem contra sursum versus iacitur,
 ubi obviam venerint, percussio minoris et retrocessio fiat
 necesse est. Quod ne ideo accidere putes, quod minor contra 5
 naturam in sublimia ire cogebatur, alter vero maiore im-
 petu locum suum petebat; facito, ut maior in superna iacu-
 letur et minori occurrat in terras deiecto: videbis nihilomi-
 nus repulsum minorem in caelum cogi, sed percussu ipso
 cadere in aliam partem, ut qua expeditum est, in ima defe- 10
 ratur.

Item si ambo non motu naturali, sed a duobus quasi in
 campo pugnantibus adversum invicem iacti sibimet in me-
 dio spatio complodantur, quis dubitaverit minorem maiori
 esse cessurum in eam partem, unde ipse et quo ille fereban- 15
 tur?

Quae cum ita sint, id est, cum minora, ut dictum est,
 pondera maioribus cedant, multum tamen refert, quanto in
 sese agantur impetu. Nam si maiore impetu minor velut
 vehementi aliquo tormento emissus infligatur maiori vel 20
 laxius iaculato vel iam languescenti, quamvis ab eodem
 resiliat, retardat illum tamen aut etiam retro agit pro modo
 ictuum atque ponderum.

1 ei] et *J* in ea vitabiliter *L* 2 deducitur] dicitur *VXac.*, deducitur
Vmg. 3 iaciatur *Y* 4 ubi *om. K* obviam venerint] obviam veniebant
L, obviaverunt *Y*, obviaverint *Z* percussu *V* 6 maiore impetu]
 maiorem peto *Cac.m3* 8 minor *T* 9 cogis sed *K* percussu *K*,
 percusi *J*, percursu (-um *pc.*) *Z* ipsum *Zpc.* 10 differatur *Y* 12
 ad duobus *L*, a vobis *D* 13 punctuantibus *Y* sibimet *Sm2sl.* 13sq.
 in medio spacio *Sm2mg.* 15 ferebatur *KYZac.* 17 ita] ista *Y* minora
 ut] minora aut *Tac.DCac.KXac.* 18 tamen multum *D* quantum *XY*
 19 nam – impetu *om. Y* maiori *S* 20 maiori] -ra *L*, minori *D* 21
 iaculatus *Zpc.m.post.* 22 illud *X* aut] *Sm2sl.Zm.post.sl.*, *om. Y* agit]
 ait *Y*

38. His praeiactis atque intellectis, quantum praesens negotium postulat, vide nunc eas quae dicuntur in animalibus vires, utrum rationi huic congruant. Nam corpora omnium animalium quis negat suo pondere praedita? Quod
 5 pondus nutu animae actum, quo inclinaverit, multum valet magnitudine propria. Sed nutus animae ad movendum corporis pondus nervis quasi tormentis utitur; nervos autem vegetat mobilioresque efficit siccitas calorque moderatus, contra eos laxat atque infirmat umidus rigor. Itaque
 10 somno, quia eum frigidum et umidum dicunt medici et probant, membra languescunt atque ipse expergefactorum conatus multo est debilior ideoque nihil est fractius et enervius lethargicis. At quosdam phreneticos, quibus vigiliae et vini vis et acutae febres, id est tot calida plus nimio nervos
 15 tendunt atque durant, maioribus viribus quam integra valetudine reluctari et multa facere manifestum est, cum eorum corpus sit aegritudine adtenuatius et exilius.

Si igitur et nutu animae et nervorum quodam machinamento et pondere corporis confiunt eae quae vires vocantur,
 20 voluntas nutum exhibet, qui pronior fit spe vel audacia, retunditur autem timore, sed multo magis desperatione – nam in metu cum aliqua spes subest, vehementiores vires adparere adsolent –, machinamentum configuratio quae-

1 postiacis *D*, praeiectis *Z*, vel praefatis *Sm2mg.* intellegis *Cac.K*
 3 ratio *D* congruunt *K* omnia *codd.exc.VXZpc.m.post.* 5 nutum *Y*,
 natu (!) *V* (motu *m.post.mg.*) actum] factum *SYZac.* quo] quod *SY*
 8 moderatur *L* 9 humidus *codd. exc. CVXJ* 10 humidum *codd.exc.*
CVXJ 11 adprobant *Y* 12 aenervis *L* 13 lethargicis *CKL*. letharg-
V, lethargicis *J* at] ut *D*, atque *Zac.* freneticos *T*, freneticos *cet.* 14
 acuta febris *YZac.m.post.* 15 in integra *STVLZ*, integra in *K* 17
 attenuatus *D* 18 quadam *D* 19 confiunt] cum fiunt *Z* (vel conficiuntur
m.post.sl.), conficiunt *DVpc.*, conficiuntur *pa* eae quae] ea quae *D*,
 aequae *L*, aequae *J*, hae quae *V*, vel hae *Cm2sl.*, hae quae *aelm*, hee quae
p 20 voluntas] *add.* autem *Vsl.* vel] aut *K* 21 autem] aut *D*

dam corporis coaptat, temperatio modificat valetudinis, confirmat exercitationis industria, pondus dat moles membrorum, quam aetas et nutrimenta comparant, instaurant autem sola nutrimenta. His omnibus qui aequaliter praevalent, mirandus est viribus et tanto est alius alio invalidior, 5 quanto plus eum ista deficiunt. Fitque saepe, ut pertinacituti, meliore machinamento alius, quamvis parvum pondus corporis egerit, alium maiore mole praeditum vincat. Rursusque nonnumquam tanta moles est, ut, etiamsi inbecilliore nisu agatur, opprimat tamen parvum adversarium 10 multo vehementius innitentem. Cum vero non pondus corporis nec moderatio nervorum, sed nutus ipse, id est animus cedit, ut omnino valentior ab omnimodo invalidiore, sed tamen timidior ab audaciore superetur, nescio, utrum viribus adtribuendum sit. Nisi quis dicat habere suas quasdam 15 vires animam, quibus ei maior audacia vel fiducia pariat; quae cum alteri adsunt, desunt alteri, tunc intellegitur, quantum animus corpori suo etiam in eo, quod per corpus agitur, antecellat.

39. Quamobrem cum infanti puero solus ad trahendum 20 aliquid vel repellendum nutus sit integer, nervi autem et propter recentem minusque perfectam conformationem inhabiles et propter umorem, qui illi aetati exuberat, marcidi et propter nullam exercitationem languidi, pondus vero adeo sit exiguum, ut ne ab alio quidem impactum graviter 25

1 quoac//tat *Y* modifica *Y* valetudo *Sac.m2Zac.m.post.*, valetudines *Tpc.K* 2 exercitationes *Tpc.Kac.* 3 comparant – 4 nutrimenta *om.CK* 4 autem] ex *Y* qui] quia *D* quae qualiter *KVac.* 6 quanto] q(ua)n(do) *J* ista *om.V* deficiunt] defugiunt *Zpc.m.post.* 8 predictum *L* 9 molis *J* 12 est] *add.* ipse *STDLY* 13 omnino valentior ab *om.VXJ* omnino] omni modo *STDCKLYZ* 14 audicioire *DCac.Y*, audit- *K*, audact- *Z* 15 quasdam suas *STDYZ edd.* 17 alteri desunt *edd.* 20 attrahendum *SL* 21 et – 22 inhabiles *om.D* 22 confirmationem *SZac.* 22sq. inhabile sed *Cac.K* 23 humorem *codd. exc.VX*

urgeat, opportuniusque sit ad accipiendam quam ad inferendam molestiam: quis est qui, cum haec omnia, quae desunt, contulisse annos viderit viresque per eos datas cognoverit, crevisse animam, quae his in dies amplioribus
 5 utatur, recte ac prudenter existimet? Potest enim iste, si ab aliquo iuvene, quem velamine interposito non conspiciat, parvos ac leves calamos laxo arcu, quantum potest, iaculatos viderit non longe ire moxque recidere ac post paululum sagittas iam ferro graves, pennulis vegetas, nervo intentis-
 10 simo emissas caelum remotissimum petere fidesque facta fuerit pari conatu hominis utrumque esse factum, crevisse illum tantillo tempore atque auctum viribus arbitrari. Quo quid dici potest perversius?

40. Deinde si anima crescit, vide quam sit inscitum
 15 incrementa eius de viribus corporis credere, de copia doctrinarum non credere, cum illis solum adcommodet nutum, hoc sola possideat. At si crescere animam putamus, cum additur viribus, minui putanda est, cum demitur. Demitur autem in senecta, demitur in labore studiorum; atque his
 20 temporibus doctrinae adgerari atque exstrui solent neque ullo modo eodem tempore simul augeri quicquam et minui potest.

Nullum igitur crescentis animae argumentum est vires in maiore aetate maiores. Multa alia dici possunt. Sed si tibi
 25 iam satisfactum est, modum adhibeo, ut ad alia transcamus.

1sq. sit quam (*sl.*) ad inferendam accipiendamque molestiam *J* ad *pr.Sm2sl.* 7 parvos] patruos *Y* 8 post viderit *interp.C'V* recedere *C* 9 pinnulis *STDVac.Y* vegetas *L*, vegetatas *J*, vegetatas *Zpc.*, vectas *DXpc.* intentissime *C* 10 emissis *L*, missas *C*, remissas *Z* 11 pari] parvo *STDp* homines *Y* 12 auctum] actum *Y* quo] quod *LX* 14 anima si *aelm*, si *om.p* 15 quopia *Y* 17 at] ac *DX*, ad *KY*, ut *Zac.* animum *L* 18 demitur *pr.*] demittitur *Cac.* 19 autem] haec *Y* atqui *L* 20 aggregari *DL* exstrui] extrahi *STDYZ* 24 maiore] -res *Y* si *om.D* 24sq. iam tibi *elm*

E. Mihi vero satis persuasum est maiores vires non ex eo esse, quod anima creverit. Nam, ut alia omittam, quae abs te subtiliter dicta sunt, insania et morbo corporis animam crescere, cum ipsum corpus minuatur, ne ipse quidem phreneticus dixerit, cui vires multo ampliores quam sano 5 esse solent, nemo nescit. Unde mihi maxime videtur in nervis esse omne quod miramur, cum praeter spem vires in quopiam reperiuntur. Quare, oro, adgredere iam illud, cui totus intendo: cur anima, si non tanti spatii magnitudinem habet quanti corpus est, ubique illius sentit cum tangitur? 10

XXIII.41. *A.* Age vero, adgrediamur quod vis, sed multo te mihi adtentiore opus est quam fortasse te existimas esse debere. Quare facito, ut quam maxime adsis ac respondeas mihi, quidnam tibi videatur esse iste sensus, quo anima per corpus utitur; nam ipse iam nomine proprio 15 sensus dicitur.

E. Sensus esse quinque audire soleo, videndi, audiendi, olfaciendi, gustandi atque tangendi; plus quid respondeam nescio.

A. Partitio ista vetustissima est et fere in contionibus 20 celebrata. Vellem autem definiri mihi abs te, quid sit ipse sensus, ut eadem definitione omnia illa includerentur neque aliud quicquam quod sensus non esset, in ea intellexeretur. Sed si id non potest, nihil urgeo. Illud enim, quod satis est, certe potes meam definitionem vel refellere vel probare. 25

2 aliam *Y* 3 subtiliter] sublimiter *VXJ*, vel subtiliter *V m.post.mg.* corporibus *D* 4 recrescere *D* 5 freneticus *codd.p* cui *edd.*, cuius *codd.* sani *L* 6 solent] solere *CK* nemo] homo *Cac.m2* 6sq. in nervis videtur *J* 8 quare] quaere *L* cui] ubi *STDYZ*, cuius *K* 9 totum *STDYZ* tantis *L*, tantum *X* 10 illius] illa *Vpc. YZ pae*, vel ictus *Zm.post.sl.*, ictus *l* 11 quovis *Y* 12 te *alt. om.LZ ael* te fortasse *m* 14 quidnam] quinnam *Dac.CK Vac.J*, quinam *TVpc.* videtur *LJ* esse *om.STDYZ* iste esse *elm* sensum *D* 17 – p. 184,7 interlocutorum sigla *om.C* esse] est *K* 20 fere] vere *K* contionibus] contentionibus *L* 22 cluderetur *Zac.m.post.* 24 potest] potes *TDVJY* nihil] non *J* urgeo *K* 25 potes] potest *CK* refellere] revellere *Y*

E. Hoc modo tibi fortasse non deero, quantum valeo; non enim et hoc semper est facile.

A. Adtende ergo. Nam sensum puto esse non latere animam quod patitur corpus.

5 *E.* Placet mihi haec definitio.

A. Adesto ergo huic tamquam tuae ac tuere illam, dum a me paulisper refellitur.

E. Tuebor sane, si tu adiuveris; sin minime, iam mihi displicet; non enim frustra tibi visa est refellenda.

10 *A.* Noli nimis ex auctoritate pendere, praesertim mea, quae nulla est; et quod ait Horatius: 'Sapere aude', ne non te ratio subiuget priusquam metus.

E. Ego prorsus nihil metuo, quoquo res modo processe-
rit; non enim errare me sines. Sed iam 'incipi si quid
15 habes', ne differendo potius quam adversando defatiger.

42. *A.* Dic igitur, quid patiatur corpus tuum, cum me vides?

E. Patitur omnino aliquid. Nam oculi mei partes, nisi fallor, corporis mei sunt; qui si nihil paterentur, quomodo te
20 viderem?

A. At non est satis, ut persuadeas tuos oculos aliquid pati, nisi etiam quid patiantur ostenderis.

E. Quid tandem nisi ipsum visum? Nam vident. Si enim me rogares, quid pateretur aegrotans, aegritudinem
25 responderem; quid cupiens, cupiditatem; quid metuens,

11 Hor. ep. 1,2,40 (Hagendahl, Test. 415) 14sq. Verg. eclog. 9.32

8 sanc *om.L* sin] si *Vac.XJ*, sint *Y* nam iam *Z* 9 tibi frustra
VX 10 ex] et *L* mea] ea *D* 12 te ratio] iteratio *L* 13 ego] ergo *CLY*
precesserit *S*, processerint *VXJ* 14 sinis *K* 15 defatiger *STD*, defetiger
CKLYZ, defetiges *VX*, defatiges *Xpc.*, defitiges *J* 16 patitur *V* 18
paciatur *YZac.* nisi] ni *CKVLXpc.* 20 viderim *L* 21 satis est *edd.*
22 ostendens *D*

metum; quid gaudens, gaudium. Cur ergo roganti, quid videns patiat, non recte visum ipsum respondeam?

A. Sed enim gaudens gaudium sentit. An negabis?

E. Immo adsentior.

A. Hoc et de ceteris perturbationibus dixerim.

5

E. Sic habeo.

A. Quicquid autem oculi sentiunt, hoc vident.

E. Nullo modo istud dederim. Quis enim dolorem videat, quem tamen saepe oculi sentiunt?

A. Adparet te de oculis agere. Bene vigilas. Itaque vide, utrum ut gaudens gaudento gaudium sentit, ita etiam videns videndo sentiat visum.

10

E. An aliter potest?

A. Quicquid autem videns videndo sentit, id etiam videat necesse est.

15

E. Non est necesse. Quid enim? si amorem videndo sentiat, num et amorem videt?

A. Cautissime ac sagacissime; gaudeo, quod difficile deciperis. Sed nunc adtende. Quoniam constitit inter nos non omne quod oculi sentiunt, neque omne quod videndo sentitur, videri, putasne hoc saltem verum esse omne quod videtur, sentiri?

20

E. Hoc sane nisi concessero, quomodo sensus poterit vocari quod videmus?

A. Quid? omne quod sentimus, nonne et patimur?

25

E. Ita est.

1 gaudiens *JY* M(ag.) cur ergo *V* 2 ipsum visum *edd.* 5
interlocutoris siglum om.X 6 M(ag.) sic habeo *X* habebo *TJ* 7
interlocutoris siglum om.X oculis *L* 8 istuc *SY* 9 oculi saepe *S* 10
agere] habere *J* (vel agere *m2sl.*) vigilas *KJ*, vel vigelas *Jm2sl.* 11
gaudiens *Y* 12 sentio *K* 13 *interlocutoris siglum om.SY* 14
interlocutoris siglum om.SY 16 si enim *codd.exc.V* 17 vidit *Vac.I*,
videat *CK* 18 A.] Ad(eod.) *S*, *interlocutoris siglum om.X* 19 nunc *om.Y*
20 oculis *L* omne *alt.*] omnino *STDYZac.* 21 videri] vides *S* saltim
CKLXJ 24 quod] quo *CZ* videamus *D* 26 R(atio) ita est *Y*

A. Igitur si omne quod videmus, sentimus et omne quod sentimus, patimur, patimur omne quod videmus.

E. Nihil resisto.

A. Pateris ergo me ac vicissim te ego, cum invicem nos
5 videmus.

E. Sic existimo et ad hoc me ratio instanter cogit.

43. A. Accipe cetera. Nam credo absurdissimum et stultissimum videri tibi, si quis adfirmet ibi te pati aliquod corpus, ubi non est ipsum corpus quod pateris.

10 E. Videtur absurdum et ita esse opinor, ut dicis.

A. Quid illud? nonne manifestum est alio loco esse meum corpus, alio tuum?

E. Manifestum est.

A. Sentiunt autem corpus meum oculi tui; et si senti-
15 unt, utique patiuntur; nec possunt ibi pati, ubi id quod patiuntur non est; nec tamen ibi sunt illi, ubi corpus meum est. Ibi igitur patiuntur, ubi non sunt.

E. Ego quidem illa omnia concessi, quae non concedere absurdum videbam. Sed hoc ultimum, quod ex his confec-
20 tum est, ita est absurdius, ut illorum potius aliquid temere me dedisse quam hoc verum esse consentiam. Nam oculos meos ibi sentire, ubi non sunt, ne in somnis quidem dicere auderem.

A. Vide igitur, ubi obdormieris. Quid enim tibi tandem
25 elaberetur incautius, si ut paulo ante vigilares?

1sq. et omne quod sentimus *Sm2mg.* 2 videmur *D* 4 me *om. Y*
me ac] mea *L* vicissim te] vicissime *Y* in vice *D* 6 interlocutoris siglum
om. D sic] si *C* cogit ratio instanter *Y* 8 videri] -eris *D* adfirmet]
absistat *Y* atfirme tibi *C*, affirme tibi *Xac.* 9 ubi - corpus *om. L*
pateris] paciatur *Y* 10 esse *Sm2sl.* opinor esse *D* 13 est *om. TCK*
14 autem] haec *Y* 15 ibi] ubi *D Y* 17 igitur ibi *edd.* 21 me *om. L* 22
quidem *om. J* 23 auferem] -eremus *X*, ut viderem *Y* 24 quid] quod
Y tibi tandem *SY edd.*, tandem tibi *et.* 25 elaboretur *Vac. LXac. J*
si ut] sicut *KXac. Zac.*

E. Enimvero idipsum mecum sedulo pertracto ac revolve. Nihil tamen satis elucet, quod me dedisse paeniteat, nisi forte illud, quod oculi nostri sentiunt, cum videmus. Visus namque ipse forsitan sentit.

A. Immo ita est; is enim se foras porrigit et per oculos 5
emicat longius, quaquaversum potest lustrare quod cernimus. Unde fit, ut ibi potius videat, ubi est id quod videt, non unde erumpit, ut videat. Non ergo tu vides, cum me vides?

E. Quis hoc insanus dixerit? omnino ego video, sed 10
emisso per oculos visu video.

A. At si tu vides, tu sentis; si tu sentis, tu pateris nec potes ibi pati aliquid, ubi non es. Ibi autem me vides, ubi ego sum; ibi igitur pateris, ubi ego sum. At si, ubi <ego> sum, 15
tu ibi non es, quo pacto audeas dicere videri me abs te, prorsus ignoro.

E. Visu, inquam, porrecto in eum locum, in quo es, video te, ubi es. At me ibi non esse confiteor. Sed quemadmodum, si virga te tangerem, ego utique tangerem idque sentirem neque tamen ego ibi essem, ubi te tangerem, ita 20
quod dico visu me videre, quamvis ego ibi non sim, non ex eo cogor fateri non me esse videam.

44. *A.* Nihil ergo temere concessisti. Nam et oculi tui hoc modo defendi possunt, quorum est quasi virga visus, ut

2 tamen] tam *Cac.KX* elucet satis *edd.* 5 interlocutoris siglum *om.*
JV is] his *KLJY* 6 quaquaversum] *add.* est *Y* 7 ibi] ubi *Y* 8 M(ag.)
non ergo *V*, R(atio) non ergo *J* 10 interlocutoris siglum *eras.C* 11
demisso *L* visu per oculos *TD* *edd.* 12 interlocutoris siglum *eras.C* 13
potest *T* ubi] ibi *D* 14 ibi – sum *alt. om.* *Y* si *om.* *CKVXJ* ego sum
edd., sum *codd.* 15 viderim *Cac.K* 17 interlocutoris siglum *om.C* visum
K 18 ubi es] ibi esse *STD p* at] aut *D* M(ag.) at me *X* D(isc.) sed
quem *X* 19 utique] *add.* te *codd.exc.STDY* idque] atque *Sm2pc.T*,
adque *D* 20 tamen ego ibi *TD*, ibi tamen ego *cet.* esse *KL* 20sq. ita
quod] itaque *LZac.m.post.* 21 visu me] visum me *K*, visum est *L* sum
C 22 qui] cum *STD* 23 interlocutoris siglum *om.C*

dicis, neque illa est absurda conclusio, quod ibi oculi tui vident, ubi non sunt. An tibi aliter videtur?

E. Ita sane est ut dicis. Nam et illud nunc animadverti, quod, si ibi viderent oculi ubi sunt, etiam seipsos viderent.

5 *A.* Rectius diceres non 'etiam seipsos', sed 'tantummodo seipsos viderent'. Nam ubi sunt, id est, quem locum tenent, soli tenent; nec nasus ibi est ubi illi, nec quicquid illis vicinum est; alioquin etiam tu ibi esses, ubi ego sum, quia iuxta invicem sumus. Quae cum ita sint, si tantum ibi
10 viderent oculi ubi sunt, nihil amplius quam seipsos viderent. Cum autem se non vident, non modo cogimur consentire posse illos videre, ubi non sunt, sed etiam omnino non posse nisi ubi non sunt.

E. Nihil est quod hinc dubitare me faciat.

15 *A.* Ergo non dubitas ibi eos pati, ubi non sunt. Nam ubi vident, ibi sentiunt; ipsum enim videre sentire est, sentire autem pati; quare ubi sentiunt, ibi patiuntur. Alibi autem vident quam ubi sunt; ibi igitur patiuntur, ubi non sunt.

E. Mirum est quam vera ista existimo.

20 XXIV.45. *A.* Recte fortasse existimas. Sed responde obsecro, utrum omne quod per visum cognoscimus, videamus.

E. Ita credo.

25 *A.* Credis etiam omne, quod videndo cognoscimus, per visum nos cognoscere?

2 sunt] sinit *Y* 4 si ibi] sibi *LZac.* oculi viderent *X* seipsos] *add.* sed tantummodo se ipsos *Y* (*cf.* 5sq.) 5 vel rectius est si non diceret *Jm2mg.*, si non diceret *XZ p* 5sq. sed tantummodo seipsos *om. Y* 7 tenent *pr. om. CK* est ibi *edd.* illum *Z* 8 vicinum illis *VX* 9 ibi] ubi *Y* 10 viderunt *KY* 11 autem] hacc *Y* 12 illos] illud *D* etiam] iam *D* 13 nisi *Sm2sl.* 14 hic (*sl.*) me dubitare hinc *X* 15 ibi] *add.* me *D* ubi] ibi *Dpc.* 16 ipsum – 17 sentiunt *om. L* 17 ubi] ibi *D* ibi] ubi *D* 18 ubi *pr. om. codd. exc. VX* quam sunt *Jm2sl.* ibi] alibi *K* igitur] vel ergo *Jm2sl.* 19 ista vera *elm* 21 cognovimus *YZac.* videamus – 24 cognoscimus *Cm2mg.* 25 nos] nosse *D*

E. Et hoc credo.

A. Cur ergo plerumque fumum solum videndo ignem subter latere cognoscimus, quem non videmus?

E. Verum dicis. Et iam non puto nos videre quicquid per visum cognoscimus; possumus enim, ut docuisti, aliud videndo aliud cognoscere, quod visus non adtigerit. 5

A. Quid? illud, quod per visum sentimus, possumusne non videre?

E. Nullo modo.

A. Aliud est ergo sentire, aliud cognoscere? 10

E. Omnino aliud. Nam sentimus fumum, quem videmus, et ex eo ignem, quem non videmus, subesse cognoscimus.

A. Bene intellegis. Sed vides certe, cum hoc accidit, corpus nostrum, id est oculos, nihil pati ex igne, sed ex fumo, quem solum vident. Etenim videre sentire et sentire pati esse iam supra consensimus. 15

E. Teneo et adsentior.

A. Cum ergo per passionem corporis non latet aliquid animam, non continuo sensus vocatur unus de quinque memoratis, sed cum ipsa passio non latet. Namque ignis ille non visus nec auditus nec olfactus nec gustatus nec tactus a nobis non tamen latet animam fumo viso. Et cum hoc non latere non vocetur sensus, quia ex igne corpus nihil est passum, vocatur tamen cognitio per sensum, quia ex passione corporis quamvis alia, id est ex alterius rei visione coniectatum est atque compertum. 25

3 laterem *K* non videmus] novimus *D*, non vidimus *C* 4 quicquid] quid (*add. o s.i*) *X* 6 quod] quo *Y* 7 per visum] *add. non* *X* 8 non *om.X* 11 nam] *add. si* *J* fumus *Y* quem] quod *D* 12 videmus] *add. fumus Y cognoscamus L* 14 intellegisti *Y* hoc *om.L* 15 oculus *DL* 16 videt *C* sentire *pr. om.Y* sentire (!) videre *D* et sentire *Sm2mg.* 17 consentimus *C* 21 ille ignis *edd.* 22 auditur *Y* olephatus *L*, olfactus *X* gustus *SJYZac.* tactus] *add. vocatur Cm3sl.* 26 ex] et *L* 27 coniectatum] coniectum *CK*

E. Intellego et optime video istud congruere ac favere illi definitioni tuae, quam ut meam mihi defendendam dedisti. Nam ita memini esse abs te sensum definitum, cum animam non latet quod patitur corpus. Itaque illud, quod
 5 fumus videtur, sensum vocamus; passi sunt enim eum oculi videndo, qui sunt corporis partes et corpora. Ignem autem, ex quo nihil corpus est passum, quamvis cognitus fuerit, sensum non vocamus.

46. *A.* Memoriam quidem tuam probo et sequacem
 10 intellegentiam; verum munitio illa definitionis labascit.

E. Cur, quaeso?

A. Quia non negas, ut opinor, nonnihil pati corpus, cum crescimus vel senescimus; neque id nos ullo sensu sentire manifestum est nec id tamen animam latet. Non igitur eam
 15 latet quiddam quod patitur corpus, nec tamen sensus iste adpellari potest. Videndo enim maiora ea, quae aliquando minora videramus, et videndo senes eos, quos iuvenes ac pueros fuisse constat, coniectamus aliquam talem mutationem nostra corpora etiam nunc, dum loquimur, pati. Neque
 20 in eo fallimur, ut opinor. Nam proclivius est, ut me falli dicam quod video, quam quod intellego capillos meos nunc crescere corpusque per momenta mutari. Quod si mutatio ista passio corporis est, quod nemo negat, nec nunc sentitur a nobis nec tamen animam latet, quia nos non latet, patitur,
 25 ut dixi, corpus quod non latet animam, nec sensus est

1 istuc *YZ* 2 defendam *D* 3 abs] ex *TD* cum] quo *L* 4 anima *Y* quod] quo *Zpc.* 5 eum] cum *Y* 6 autem] haec *Y* 7 est corpus passum *D* cognitum *D* 8 non *om.STDZac.m.post.* 10 munitio] monitio *SVXY*, munitio *Z* labascit *STCZac.* 13 id] in *YZac.* sensus *L* 14 eam] animam *CK* 17 videremus *L* 18 coiectamus *Y* talem] tamen *VXJ* mutationem] veterationem *VXm2sl.J.* uel motationem *Jsl.* 19 nostram *X* 20 proclivius] procul dubius (-ium *D*) *TD*, proclius *Y* 22 crescere] canescere *Zac.* corpusve *edd.* 23 nunc] non *KY* consentitur *K* 24 latet *pr.]* lateat *Sac.YZac.* 25 non *om.K* lateat *STDC'KYZac.*

tamen. Quare illa definitio, quae nihil, quod sensus non esset, debebat includere, cum hoc inclusit, certe vitiosa est.

E. Nihil mihi restare video quam ut te petam, ut aut definias aliter aut hanc recures, si potes. Nam eam ista ratione, quam vehementer probo, vitiosam esse negare non possum. 5

A. Facile est istam corrigere, quod volo tu audeas; facies enim, mihi crede, si bene intellexisti, ubi peccet.

E. Num alibi quam ubi aliena comprehendit?

A. Quo tandem modo? 10

E. Quia quod senescit corpus, quamvis in iuvene, non potest negari pati aliquid; idque cum scimus, non latet animam quiddam, quod patitur corpus, neque tamen ullo sensu percipi potest. Nam nec video me modo senescere neque id auditu aut olfactu aut gustatu aut tactu sentio. 15

A. Unde ergo istud nosti?

E. Ratione id conligo.

A. Quibus argumentis ratio tua nititur?

E. Quod alios video senes, qui, ut ego nunc sum, iuvenes erant. 20

A. Nonne sensus est, quo eos vides, unus de quinque?

E. Quis negat? Sed ex eo, quod illos video, me quoque, cum id non videam, coniecto senescere.

A. Quid verborum ergo illi definitioni, quo perficiatur, addendum putas, cum sensus non sit, nisi non lateat ani- 25

2 esset] esse *K*, est (?) *Y* debeat *V* *Yac.* clusit *C* 3sq. aut definias] audi//fias *Y* 4 recures] recuses *CKZ*, recurras *Zpc.* potest *TDCac.LXJY* istam *K* 5 vitiosa *D* 7 ista *D* audies *XZac.*, audias *Vac.* 8 facies] facile est *YZ*, facias *CVac.* credere *SK* 9 interlocutoris siglum *om.CY* num] nam *CKac.* ante alibi *add.sl.* ubi *Cm3* 10 – 24 pro *A*(ug.) et *E*(uod.) *pos.* *M*(ag.) et *D*(isc.) *C* 10 – 17 interlocutorum ordinem invertit *Y* 12 aliquid pati *D* 13 nullo *TK* 15 olfatu *SL* gustatu] gustu *SLYZ* aut actu *L* 16 illud *edd.* 19 ego] ergo *D* 23 coniecto] et coniecto (!) *D*, cumiecto *K* 24 interlocutoris siglum *eras.C*

mam corporis passio nec tamen ita, ut eam per aliam passionem aut per aliud quodlibet intellegat?

E. Dic, quaeso, istud paulo planius.

XXV.47. *A.* Geram tibi morem et multo libentius retardanti quam festinanti. Sed fac totus adsis: valebit enim
5 hoc ad plura quod dicam.

Definitio nihil minus, nihil amplius continet quam id quod susceptum est explicandum; aliter omnino vitiosa est. Utrum autem huiusmodi vitiis careat, conversione explora-
10 tur; quod his exemplis tibi fiet apertius.

Si enim me rogaes, quid esset homo, et eum hoc modo definirem: 'homo est animal mortale', non continuo, quia verum dictum est, etiam definitionem probare deberes, sed superposita ei particula, id est 'omnis', convertere illam et
15 intueri, utrum etiam conversa vera esset, hoc est, utrum quemadmodum verum est 'omnis homo animal mortale est', ita esset verum, 'omne animal mortale homo est', quo aliter invento improbare definitionem propter illud vitium, quo aliena comprehendit; non enim solus homo est animal
20 mortale, sed etiam quaevis bestia.

Haec igitur hominis definitio perfici solet, cum additur mortali 'rationale'. Nam homo est animal mortale rationale atque ut omnis homo animal rationale mortale est, ita omne animal rationale mortale homo est.

1 ita ut] id aut *TDCK* eam *om.TDCK* 5 fac] *add.* ut *CKL* totus] *om.CKL*, *add.* ut *J*, *add.* quod sit desinitio (!) *Y* valebit] iuvabit *S* (vel valebit *m2sl.*) 8 post est *interp.* *Y* 9 autem] haec *Y* huiuscemodi *K* conversatione *Zac.* 11 quid] quod *K* esset] est et *Y* 12 definire *D* animal] animam *Y* 13 dictum *om.* *Y* 14 est] *add.* conversa *X* converte *Vpc.* 15 intueri *Vpc.Zac.* etiam *om.* *J* esset] est. et *Y* 17 est *pr.* esse *D* ita - homo est *Cm3mg.* esset] est. et *Y* 19 quo] quod *V* (quo *mg.*) animal est (*sl.*) *V* 21 addit *K* 22 mortali] -e *SX* mortale rationale *STD*, rationale mortale *cet.*, *add.* est *Vac.Xac.* 23 atque - mortale est *Vm.post.mg.* atque - 24 mortale *Xm.post.mg.* rationale] *add.* est *Y* mortale - 24 animal rationale post p. 191,1 continendo *tr.* *Y* ita - 24 mortale *Cm3mg.*

Plus continendo ergo superior definitio vitiosa erat; bestiam enim cum homine continebat. Ista perfecta est; nam et omnem hominem et nihil plus quam hominem tenet.

Tenendo autem minus ita vitiosa est, si addas ‘grammaticum’; quamquam enim omne animal rationale mortale grammaticum homo sit, plures tamen homines, qui grammatici non sunt, hac definitione non continentur; et ob hoc ista per primam illam propositionem falsa est, cum autem convertitur, vera. Falsum est enim ‘omnis homo animal rationale mortale grammaticum est’; sed verum est ‘omne animal rationale mortale grammaticum homo est’.

Cum autem neque per primam propositionem neque per conversionem enuntiata vera est, his singulis est profecto vitiosior, ut sunt istae duae ‘homo est animal candidum’ aut ‘homo est animal quadrupes’. Nam et si dicas ‘omnis homo animal candidum est’ aut ‘animal quadrupes’, falsum dicis, et si convertas. Sed hoc inter se differunt, quod illa prima in aliquos homines cadit – nam plerique sunt homines candidi –, haec altera in neminem; non enim quisquam homo quadrupes.

Haec pro tempore ad explorandas definitiones didiceris, quemadmodum propositione atque conversione iudicentur. Sunt alia multa, de hoc genere quae docentur, et verborum plena et tenebrarum, quae paulatim, ubi opportunum videbitur, conabor, ut discas.

1 continentur *D* erat] est *J* (vel erat *m2sl.*), erit *K* 3 tenet *om. Y* 4 autem] haec *Y* ita] ista *K* 6 qui] quam *LZac.* grammatici – 7 non *alt. om. K* 7 non sunt *Sm2sl.* ob] ab *D* 8 autem] haec *Y* 9 est *om. J* enim] autem *K* 10 grammaticum *Jm3mg.* 12 autem] haec *Y* 13 conversionem] conversationem *CZac.* hi *Cac.m2K* 13sq. profecto vitiosior est *V* 15 quadrupes *Jpc.*, quadrupis *Dac.* nam – 16 quadrupes *om. L* 16 quadrupes *Jpc.* 18 homines *om. L* sunt] sed *Y*, *om. L* 19 candidi *Jm2sl.* altera *Sm2sl.* 20 quadrupes *Jpc.* 22 conversatione *Zac.* 23 doceantur *CK* 25 discas] dicas *Dac. KYac.*

48. Nunc converte animum ad illam definitionem nostram et eam peritior, cum discusseris, corrige; inveneramus enim eam, cum definitio sensus esset, complecti aliud, quod sensus non esset, et ideo non esse, cum convertitur, 5 veram. Fortasse enim verum est 'omnis sensus passio corporis est animam non latens', ut verum est 'omnis homo animal mortale est'. At ut falsum est 'omne animal mortale homo est', quia id est et bestia, ita falsum est 'omnis passio corporis non latens animam sensus est', quia nunc nobis 10 ungues crescunt neque animam latet – id enim scimus – neque id sentimus, sed coniectatione cognoscimus.

Quemadmodum ergo illi definitioni hominis, ut perficeretur, additum est 'rationale', quo addito bestiae, quae simul continebantur, exclusae sunt nihilque praeter hominem 15 atque omnem hominem tali definitione comprehendimus, nonne censes aliquid etiam huic addendum esse, quo inde seiungatur quod tenet alienum, nec quicquam in ea nisi sensus et omnis sensus intellegatur?

E. Censeo quidem, sed quid addi possit ignoro.

20 *A.* Sensus est certe omnis passio corporis non latens animam. Sed converti non potest haec enuntiatio propter passionem illam corporis, qua vel crescit vel decrescit scientibus nobis, id est, ut non lateat animam.

E. Ita est.

25 *A.* Quid? haec passio per seipsam non latet animam an per aliud?

2 ea *D* 3 aliud] aliquid *STD* 4 esse] esset *Y* 6 est *pr.*] et *D* ut] at *Y* 7 ut *om.CL* 8 homo est] est homo est *L* 10 unges *Y* nec *edd.* 11 sed] et *X* coniectatione] coniectione *DCV*, vel coniectatione *Vm.post.mg.* 12 definitionis *K* 14 exclusae *T* 15 definitioni *V* 17 iungatur *XJ*, vel seiungatur *Jm3sl.* nequicquam *DZac.* 19 addi] addidit *D* 20 est] *add. enim Jsl.* 21 post potest *interp. VXY* nuntiatio *L* 22 qua] quae *SZac.* vel decrescit *om. V'XJ* 24 ita] ista *K* 25 quid] quo *D* hanc *Y*

E. Per aliud plane; aliud est enim videre unguēs maiores, aliud scire quod crescant.

A. Cum ergo crescere ipsum sit passio, quam nullo sensu adtingimus, magnitudo autem illa, quam sentimus, eadem passione facta sit, non ipsa sit passio, manifestum est talem passionem non per seipsam scire nos, sed per aliud. Si ergo non per aliud animam non lateret, nonne sentiretur potius quam coniceretur? 5

E. Intellego.

A. Cur ergo dubitas, quid illi definitioni sit addendum? 10

E. Iam video sic esse definiendum, ut sensus sit ‘passio corporis per seipsam non latens animam’. Nam et omnis sensus hoc est et omne hoc, ut opinor, sensus est.

49. *A.* Si hoc ita est, fateor definitionem esse perfectam. Sed temptemus eam, si placet, utrum illo secundo vitio non vacillet, quo illa hominis, cui ‘grammaticum’ est additum. Nam meminisse te oportet, quod esse hominem dictum est animal rationale mortale grammaticum eoque peccare istam definitionem, quod conversione vera est, cum prima enuntiatione sit falsa. Namque falsum est ‘omnis homo animal rationale mortale grammaticum est’, quamvis verum sit ‘omne animal rationale mortale grammaticum homo est’. 15 20

1 unges *L* 2 crescunt *S* 3 quam] quod *V* 4 autem] aut *Y* 5 passionem *D* 6 se ipsa *D*, se ipsum *X* 7 aliud] *add.* sed per se ipsam passio corporis *Jm2mg.*, *add.* sed si per se ipsam *Cm3mg.* 10 cur] quid *V* definitioni – 11 definiendum *om.D* 12 se ipsa *C* 13 hoc *alt. om.K* ut *om.Y* 14 interlocutoris siglum *om.C* 15 temptemus *SCac.*, tent- *Y* 16 vacillet *L* quo] quod *D* homini *Y* 17 meminisset eo portet *T* esse] est *D*, est.et *Y* 19 ista *L* conversionem *K* 19sq. prime nuntiatione *Tac.*, primae n. *L*, pri (!) enunt *Zac.m.post.* 20 hominis *L* 21 quamvis – 22 grammaticum *Km2mg.* 23 est *om.K*

Ergo ideo vitiosa est haec definitio, quod nihil quidem praeter hominem, sed non omnem hominem tenet, et haec fortasse talis est, de qua velut perfecta gloriamur. Quamquam enim omnis passio corporis per seipsam non latens
 5 animam sensus sit, non tamen omnis sensus istud est. Quod sic intellegas licet; bestiae nempe sentiunt ac paene omnes quinque illis sensibus vigent, quantum cuique natura tributum est. An tu id negabis?

E. Nihil minus.

10 XXVI. *A.* Quid? hoc nonne concedis scientiam non esse nisi cum res aliqua firma ratione percepta et cognita est?

E. Concedo.

A. At bestia ratione non utitur.

E. Et hoc concedo.

15 *A.* Non igitur scientia cadit in bestiam. Cum autem non latet aliquid, utique scitur. Non igitur sentiunt bestiae, si omnis sensus est, cum passio corporis per seipsam non latet animam; sentiunt autem, ut paulo ante concessum est. Quid ergo dubitamus illam definitionem improbare, quae omnem
 20 sensum circumplecti minime potuit, siquidem bestiarum sensus exclusus est?

50. *E.* Fateor me deceptum, cum tibi concessi scientiam tunc esse, cum aliquid firma ratione percipitur. Solos enim homines, cum hoc rogabas, intuebar. Nam neque possum
 25 dicere ratione uti bestias nec eis possum scientiam dene-

1 quod] qui *J* (vel quod *m2sl.*) 2 praeter] propter *Y* 3 talis est fortasse *Y* velut] ut *Zac.m.post.* 4 se ipsa *K* 6 nempe] neminem *S* (al. nempe *m2sl.*), nemine *K*, nemphe *JYac.* presentiant *S* poene *JY*, pone *K* 7 vigent] vincent *CK* nature *SYZac.* 8 id *om.D* 10 quid] quis *D* quid hoc? *S* hoc] autem *Xpc.m2* 11 et cognita *Jm3sl.* 13 interlocutoris siglum *om.X* at bestia - 14 concedo *Xm2mg.* 18 autem] haec *Y* quid] quod *K* 21 exclusum *D* 23 tunc] tecum *Y*

gare. Sciebat enim, ut opinor, dominum suum canis, quem post viginti annos recognovisse perhibetur, ut taceam de ceteris innumerabilibus.

A. Dic mihi, oro te, si duae quaedam res tibi proponantur, una ad quam perveniendum sit, altera per quam pervenire possis, quam istarum pluris pendis et quam cui praeponis? 5

E. Quis dubitat eam praestare, ad quam sit perveniendum?

A. Ergo cum sint duae res quaedam scientia et ratio, 10 per scientiam pervenimus ad rationem an per rationem ad scientiam?

E. Utraque res sibimet, quantum arbitror, ita nexa est, ut per alterutram ad alteram perveniri possit. Namque ad ipsam rationem non perveniremus, nisi ad eam perveniendum esse sciremus. Praecessit ergo scientia, ut ad rationem 15 per eam perveniremus.

A. Quid? ad ipsam scientiam, quam dicis praecedere, sine ratione pervenitur?

E. Numquam hoc dixerim. Nam est ista summa temeritas. 20

A. Per rationem igitur?

E. Non ita est.

A. Ergo per temeritatem?

E. Quis hoc dixerit? 25

A. Per quid igitur?

E. Per nihil, quia insita est nobis.

Isq. cf. Hom. Odyss. 17, 291–327

1 suum *om. codd. exc. SVY* quem] vel qui *Jm2sl.* 4 interlocutoris siglum *om. C* oro] queso *D* proponetur *Zac. m. post.* 5 perveniri *S* 10 scientia et ratio *om. D* 11 per *pr. om. D* 14 alterutrum *D* pervenire *YZac.* 16 R(atio) praecessit *J* scientiam *D* 17 perveniremus per eam *L* 18 interlocutoris siglum *om. J* 20 est] et *J* ista est *Y* 25 dixerat *Xac.* 27 quia] *add. scientia Zm. post. sl. Paris. lat. 1939 (s. XI) m*

51. *A.* Oblitus mihi videris, quid inter nos superius convenerit, cum rogassem, utrumnam putares tunc esse scientiam, eum res aliqua firma ratione percipitur. Nam respondisti, ut opinor, hanc tibi videri humanam scientiam.
- 5 Nunc vero dicis posse hominem habere aliquam scientiam, cum rem nulla ratione perciperit. Quis autem non videat nihil sibi esse adversius quam ista duo sunt, et non esse scientiam, nisi cum res aliqua firma ratione percipitur, et esse cuiusdam rei scientiam nulla ratione perceptae. Itaque
- 10 nosse cupio, utrum horum deligas; nam utrumque verum esse nullo pacto potest.

- E.* Hoc eligo, quod paulo ante dixi. Nam illud superius temere me dedisse confiteor. Cum enim ratione inter nos verum quaeramus idque fiat rogando et respondendo, quo-
- 15 modo posset ad summam perveniri, qua concluditur ratio, nisi aliquid prius concederetur? Concedi autem recte qui posset quod nesciretur? Ita ista ratio nisi inveniret in me aliquid cognitum, quo innitens ad ineognitum duceret, nihil omnino per illam discerem nec eam prorsus rationem nominare.
- 20

Quamobrem frustra mihi non adsentiris ante rationem necessario esse in nobis aliquam scientiam, unde ipsa ratio sumat exordium.

1 *interlocutoris siglum om.X* **2** *rogassent D* *tunc] tecum Y* **3** *scientia YJ* **5** *nunc] non Jac.* *vero] autem D* *dici X* **6** *re D, res Vac.* *nullam DCK* *ratio D, rationem TK* *percoeperit K, percipit J* *autem] enim K, aut Y* **7** *adversius (-sus p) esse edd.* *adversi Vac.J,* *vel ius Jm2sl.* **7sq.** *scientiam non esse D* **9** *percepta DZac.m.post., perceptam Y* **10** *delegas D, diligas Cac.KZac., eligas Tpc.edd.exc.p* **12** *dixit CY* **13** *dedisse] dixisse L* **14** *rogando] interrogando Tpc.* **15** *possit VLXJZpc., add. vel e Jm2sl.* *pervenire Xac.Zac. m* **15sq.** *rationi si KLYZac.* **16** *prius aliquid edd.* *autem] haec Y* *qui] quid VXpc., vel quid Jm2mg., quis K* **17** *possit KVLZpc.* *ratio nisi] rationis L* *inveniret] perveniret Zac.* **18** *cognitum Zac.m.post.* **19** *ea Y* **21** *adsentires K*

A. Geram tibi morem et te quidem, ut institui, quotiens alicuius dati paenitet, emendare permittam. Sed ne, quaeso, abutaris ista licentia et neglegenter, cum interrogo, adtendas, ne adsidue male concessa etiam de his, quae bene conceduntur, dubitare te cogant. 5

E. Perge potius ad cetera. Quamvis enim addam vigilantiae meae quicquid possum – nam et me pudet de sententia cadere totiens –, numquam tamen deterrear pudori huic reniti et lapsum meum te praesertim manum dante corrigere. Neque enim est ideo suscipienda pertinacia, quia optanda constantia. 10

XXVII.52. A. Proveniat tibi plane ista constantia, quam citissime potest; ita mihi placitam sententiam protulisti. Sed nunc fito quam praesentissimus ad ista quae volo. Quaero enim abs te, quid tibi interesse videatur inter rationem et ratiocinationem. 15

E. Non satis valeo ista discernere.

A. Hoc ergo intueri, utrum existimes homini iam adulescenti vel viro aut – ut omnem ambagem auferam – sapienti sine intermissione inesse rationem, dum mente sanus est, sicut bonam valetudinem corpori, dum peste ac vulneribus caret, an sicut ambulare, sedere, loqui, modo inesse, modo deesse. 20

E. Sanae menti semper puto inesse rationem.

1 moram *Sac.m2* quoties *SVZac.* 2 alicui *Y* emendari *CK* sed *om.K* 3 abuteris *Xac.* licentia] liquentia *J* 4 assidua *TLDYJ*, -uam *Dpc.*, adsidua *Vac.* 8 toties *TZac.* 9 reniti] retineri *TD*, al. retineri *Sm2sl.* manu *Y* 10 ideo est *J* 12 perveniat *V* plane] plene *J* ista *edd.*, ipsa *codd.* 13 quam] aquam *L* citissime] scit- *KL* D(isc.) ita mihi *V* 14 M(ag.) sed nunc *V* fito] sito *Z* praesertissimum *Y* 15 quaero] quae *J* (quaero *mg.*) 16 ratiocinationem] rationalem *D* 18 intueri *K* 19 aut] *eras.X, exp.J, add.Vsl.* ut *om.K* auferam] aut feram *Cac.m3K* 19sq. sapienti auferam *X* sapienti *Jm2sl.* 20 mentes annus *Zac.m.post.* 21 sicut] si cui *C* (sicut *m3sl.*) bona *D* corporis *DY* dum *om.S* 22 ambularet *K*, ambularer *L* 24 mentis *L*

A. Quid hoc? dum per ea, quae conceduntur ac manifesta sunt, vel interrogando alium vel conectendo alia perducimus nos ad alicuius rei cognitionem, videtur tibi aut nos aut quivis sapiens semper facere?

- 5 E. Non semper; non enim semper homo quilibet aut sapiens, quantum opinor, vel secum vel cum alio quaerit aliquid disserendo. Nam qui quaerit, nondum invenit; ita si semper quaerit, numquam invenit. Sapiens autem iam invenit, ut nihil aliud dicam, vel ipsam sapientiam, quam,
10 cum esset stultus, disserendo fortasse aut quoquo modo alio poterat, requirebat.

- A. Recte dicis. Quare intellegas volo non esse istam rationem, dum per ea, quae conceduntur atque cognita sunt, ad aliquid incognitum ducimur; hoc enim non semper,
15 ut iam consensimus, inest menti sanae, ratio autem semper.

53. E. Intellego; sed quorsum ista?

- A. Quia paulo ante dixisti propterea me tibi debere adsentiri scientiam nos habere ante rationem, quod cognito aliquo nititur, dum nos ratio ad incognitum ducit. Nunc
20 autem invenimus non rationem vocandam esse, dum hoc agitur; non enim sana mens agit hoc semper, cum semper habeat rationem. Sed recte ista fortasse ratiocinatio nominatur, ut ratio sit quidam mentis aspectus, ratiocinatio autem rationis inquisitio, id est aspectus illius per ea quae

2 conectendo] coniectendo J, coniectando Zpc.m.post. 4 quisvis V, quis Zac.m.post. semper – 6 sapiens Km2mg. semper Jm2sl. 5 aut om.CK 7 nam] add. sicut Zsl. qui] quod Sm2pc., quid Tac.D ita] ista Y si] qui codd.exc.VXJ 8 autem] haec Y 10 quoquo modo] quomodo DCY 13 ea] eam D quae om.L conceduntur] cum ceduntur X 14 aliquod Zpc. ducimur] -mus C, docuimus K hoc] hec Zpc. enim] autem L 15 mentis L autem] haec Y 17 interlocutoris siglum om.D 18 scientiam] sciam Y quod] vel quae Jm2sl. 19 nitimur Xpc.Zpc., add. ad incognitum Xsl. cognitum K ducit] ducat Xpc., dicit LY 20 autem] haec Y non] hanc Y 21 agatur J 22 recta L ratiocinatio L 23 sit Sm2sl. sit quidam] quidem Y 24 autem] haec Y rationis] -ne T D Vac.XJ, vel ne Sm2sl., -num K

aspicienda sunt motio. Quare ista opus est ad quaerendum, illa ad videndum. Itaque cum ille mentis aspectus, quem rationem vocamus, coniectus in rem aliquam videt illam, scientia nominatur; cum autem non videt mens, quamvis intendat aspectum, inscitia vel ignorantia dicitur. Non enim et his corporalibus oculis omnis qui aspicit videt; quod in tenebris facillime animadvertimus. Ex quo liquet, ut opinor, aliud esse aspectum, aliud visionem; quae duo in mente rationem et scientiam nominamus, nisi quid te adversus haec movet aut parum dilucide ista distincta arbitraris. 5 10

E. Per mihi haec distinctio placet et libenter adsentior.

A. Vide ergo nunc, utrum aspicere nos putes, ut videamus, an videre, ut aspiciamus.

E. Hinc vero ne caecus quidem quisquam dubitaverit, aspectum esse propter visionem, non visionem propter aspectum. 15

A. Fatendum igitur visionem pluris quam aspectum esse pendendam.

E. Fatendum omnino. 20

A. Ergo et scientiam pluris quam rationem.

E. Consequens video.

A. Placetne tibi meliores aut feliciores esse hominibus bestias?

E. Avertat deus tam immanem amentiam. 25

2 quem *edd.*, quam *codd.* 4 scientiam *DZac.* nominatur] vocatur *V* autem] haec *Y* 5 inscitia] inscientia *codd.exc.TDL* 7 liquet] libet *DKac.*, licet *J* 9 mentem *K* quid] qui *Y* 10 parum] parvum *L* distincte *Sac.m2Y* 12 per] pro *J* (porro *mg.*) 13 nunc] hunc *Y* nos aspicere *edd.* 14 an] quam *Y* 15 nec *CKVpc.* 16 non visionem *om.K* sed propter *Y* 17 aspectum] *add.* esse propter visionem propter aspectum *Km2mg.* 18 fatendum – 19 esse *Km2mg.* fatendum] *add.* est *Csl.* qua *S* 19 pendendum *L* 23 placet non *V* (ne *mg.*) aut feliciores *om.J* 25 inmane manentiam *Vac.L*

A. Recte sane exhorruisti. Sed ad id nos cogit sententia tua; dixisti enim eas habere scientiam et non habere rationem. Rationem autem habet homo, per quam vix ad scientiam pervenitur. Sed ut concedam facile perveniri, quid nos
 5 adiuvabit ratio, ut bestiis nos anteponendos putemus, cum illae habeant scientiam et hanc pluris quam rationem pendendam esse compertum sit?

XXVIII.54. E. Cogor omnino aut scientiam bestiis non concedere aut nihil recusare, quin mihi merito anteponan-
 10 tur. Sed, quaeso, explica illud, quod de cane Ulixidis commemoravi, qualenam sit. Nam eius admiratione conmotus tam inaniter latravi.

A. Quid autem hoc putas esse nisi vim quandam sentiendi, non sciendi? Sensu enim nos multae bestiae superant,
 15 cuius rei causam non hic locus est ut quaeramus, mente autem, ratione, scientia nos illis deus praeposuit. Sed ille sensus ea, quibus tales animae delectantur, accedente consuetudine, cuius magna vis est, potest discernere atque eo facilius, quod anima beluarum magis corpori adfixa est,
 20 cuius sunt illi sensus, quibus utitur ad victum voluptatemque, quam ex eodem illo corpore capit. Humana vero anima propter rationem atque scientiam, de quibus agimus, quod sunt ista longe praestantiora sensibus, suspendit se a cor-

10 cf. p. 195, 1sq.

3 autem] haec Y 4 pervenire KZac. 5 adiuvavit Y, -abat Xac.Zac. 8 a bestiis J 9 concedere] cedere D, contendere VJ, add. concedere Vm.post.mg., vel haberi Jsl. 10 quaeso] quero C, quae (!) L illum D 12 vel immaniter Zsl. 13 autem] haec Y putes Ypc. sentiendi] sciendi L 14 non sciendi om. D bestiae multae lm 16 autem] haec Y ratione] add. et Sm2sl. sed] sit D 17 ea] ad ea ST, Ad(eod.) ea D 19 veluarum L affixa D 20 cuius] cui X sint Sac.YZac. illi sunt edd. 20sq. voluptatemque quam] voluntatem quemquam K, voluntatemque quam J 22 propter] per m scientiam] om. L, -ia D 23 longe] longitudine L praestantiora] -ore D, praesentiora VXac.J, praestantiora Vm.post.mg., vel praestantiora Jsl.

pore, quantum potest, et ea quae intus est, libentius fruitur voluptate; quantoque in sensus declinat magis, tanto similiorem hominem pecori facit.

Inde est, quod etiam pueri vagientes, quanto alieniores a ratione sunt, tanto facilius discernunt sensu etiam contactum coniunctionemque nutricum nec odorem aliarum possunt sustinere, cum quibus consuetudo non fuit.

55. Quamobrem, quamvis aliud ex alio inciderit, libenter tamen in eo sermone demoror, quo admonetur anima, ne se ultra quam necessitas cogit, refundat in sensus, sed ab his potius ad seipsam conligat et repuerescat deo; quod est novum hominem fieri vetere exuto; a quo incipere propter neglectam dei legem certa est necessitas, quo neque verius neque secretius quicquam scripturis divinis continetur. Vellem hinc plura dicere ac meipsum constringere, dum quasi tibi praecipio, ut nihil aliud agerem quam redderem mihi, cui me maxime debeo, atque ita deo fieri, quod ait Horatius: ‘amicum manepium domino’. Quod omnino fieri non potest, nisi ad eius reformemur imaginem, quam nobis ut pretiosissimum quiddam et carissimum custodiendam dedit, dum nos ipsos nobis tales dedit, qualibus nihil possit

2sq. cf. Eph. 4,22.24; Col. 3,9-10 14–17 cf. Retract. 1,7,3 18 Hor. sat. 2,7,2.3 (Hagendahl, Test. 411a)

2 voluptate] voluntate *L* in sensus *om.L* sensu *D* tanto magis *elm* 4 vagiantes *KLZac.* 5 a *om.L* contactum] con (!) *L* 6 nutricum] nutricium (-tium *DX*) *TDCKYZac.X, om.L* aliorum *K* 9 tamen] tunc *Y* 10 cogitare fundat *K* ab his] *add. se Zsl.* 11 potius] *add. se Tsl.* se ipsa *D* conligat] collat *V* (colligat *m.post.mg.*) repuerascat *Spc.m2J* (id est se iuveniscat *Jsl.*), repueriscat *Xpc.* (se iuveniscat *m2mg.*), se iuveniscat et repuerescat *Vac.*, reparescat *K* 13 dei *om.L* legem dei *D* certe *DK* 16 nil *L* agere *CK* reddere *STDK* cui] cum *L* 17 me *om.YZac.m.post.* horacius *Y*, oratius *cet.* 18 amicum] animi cum *D* 19 eiusdem *Vac.Xpc.Jpc.* 21 qualibus] quibus *K* posset *STDCKZac.*

praeter ipsum anteponi. Hac autem actione nihil mihi videtur operosius et nihil est cessationi similis neque tamen eam suscipere aut implere animus potest nisi eo ipso adiuvante cui redditur. Unde fit, ut homo eius clementia reformatus sit, cuius bonitate ac potestate formatus est.

56. Sed ad propositum redire cogimur. Quare vide, utrum tibi iam probatum sit feras non habere scientiam totamque illam velut imaginem scientiae, quam miramur, vim esse sentiendi.

10 *E.* Probatum sane; et si quid de hoc diligentius quaerendum est, aliud tempus aucupabor. Nunc nosse cupio, quid hinc conficias.

XXIX. *A.* Quid aliud putas nisi definitionem illam sensus, ut antea, quod nescio quid plus quam sensum includebat, ita nunc contrario vitio vacillare, quod non omnem sensum potuit includere?

Habent enim ferae sensum nec habent scientiam. Quicquid autem non latet, scitur et omne quod scitur ad scientiam profecto pertinet. De quibus omnibus iam mihi tecum
20 convenit. Aut igitur non est verum sensum esse passionem corporis non latentem animam aut eo carent bestiae, quia scientia carent. Sensum autem concedimus bestiis: definitio ergo illa vitiosa est.

E. Fateor nihil me invenire quo resistam.

1 hanc *K Vac.* autem] haec *Y* actionem *K* 1sq. videtur nihil mihi *Y* 3 eo] *eras. J.* eos *D* adiuvante] auxiliante *CKL* 4 reddimur *STDCKZ p.* reddimus *LY* (-mur *pc.*) clementia] potentia *VX*, vel clementia *Xmg.* 5 formatus] factus *D* (vel formatus *mg.*) 6 cogitur *XJ*, vel mur *Jsl.* 8 quam] *add.* et *VJ* 9 sentiendi] sciendi *Zac.m.post.* 10 -p.217,18 interlocutorum sigla *om.C* diligentius de hoc *Y* 11 aucupabor *KVY*, aucip- *J* 12 hic *Spc.T* 15 vacillare *Y*, bacillare *L* omne *L* 17 nec] non *Zac.* 18 autem] haec *Y* 20 vere *Zac.* 21 animam] -um *X*, *om.STDCKZac.*, animam non latentem *Zm.post.* 22 autem] haec *Y* 23 illa *om.L* 24 me nihil *Z*

57. *A.* Accipe aliud, quo magis nos huius definitionis pudeat. Nam meministi, ut opinor, tertium definitionis vitium tibi demonstratum, quo prorsus nihil est turpius, cum ex neutra parte vera est, qualis est illa hominis ‘homo est animal quadrupes’. Nam sive ‘omnis homo animal quadrupes est’ sive ‘omne animal quadrupes homo est’ qui dicit atque adfirmat, insanit profecto, si non iocatur.

E. Verum dicis.

A. Quid? si in hoc etiam vitio ista nostra deprehenditur, putasne quicquam magis esse quod sit explodendum atque exterminandum de animo?

E. Quis id recuset? Sed nollem, si fieri potest, etiam hic tamdiu detineri atque interrogatiunculis agitari.

A. Nihil est quod metuas; iam enim confectum est negotium. An tibi nondum persuasum est, cum de differentia ferarum et hominum ageretur, aliud esse sentire, aliud scire?

E. Immo maxime.

A. Aliud ergo sensus, aliud scientia.

E. Ita est.

A. Non autem sentimus ratione, sed aut visu aut auditu aut olfactu aut gustatu aut tactu.

E. Adsentior.

1 nos] non *C* 4 est vera *CK* illa est *VXY* illa hominis est *Z*
 est *alt. om. STDCLY*, post 5 quadrupes *tr. K* 5 quadrupe *V* nam – 6
 est *om. L* nam – 6 quadrupes *pr. om. KX* omnis – 6 sive *Sm2mg.* 5sq.
 est quadrupes *edd.* 6 dicat *J* 7 iocatur] locatur *Y* 10 explodendum]
 exemplo dendum *C* 11 anima *STDZac.* 12 quis id] qui sit *K*, quasi
 id *L* Ad(eod.) quis id – 13 agitari *Sm2mg.* sed *om. X* 13 interrogati
 unculis *CY*, interrogati ungulis *KVD*, interroganti vinculis *D* 14 quod]
add. hinc V 15 nondum] *add. enim K* est] esse *L* 16 agetur *D* 19
 aliud *pr.* – 20 ita est *Xm2mg.* 21 autem] aut *Y* 22 olfatu *S* aut gustatu
Xm2sl. gustu *JZpc.*

A. Et omne, quod scimus, ratione scimus. Nullus igitur
sensus scientia est. Quicquid autem non latet, ad scientiam
pertinet. Ad nullum ergo sensum pertinet non latere, ut
nullus homo quadrupes recte dici potest. Quamobrem ista
5 nostra definitio suscepta tua non solum alienos terminos
invasisse neque aliquid sui iuris reliquisse, sed nihil omnino
habuisse proprium totumque alienum occupasse convicta
est.

E. Quid ergo agemus? Patierisne illam de iudicio ita
10 discedere? Quamquam enim ego ei defensionem qualem
potui praebuerim, tu tamen ipsam litis formulam, quae nos
decepit, composuisti. Et ego quidem tametsi obtinere non
potui, bona fide adfui, quod mihi satis est; tu vero si prae-
varicationis arguaris, quid facias, a quo et producta est, ut
15 iurgaret audenter, et oppugnata, ut turpiter cederet?

A. Numquidnam est hic quisquam iudex, a quo huic
vel mihi metuendum sit? Ego te privatim quasi adhibitus
iuriconsultus instruendi causa refellere volui, ut cum ad
iudicium ventum fuerit, paratus adsistas.

20 58. E. Est ergo aliquid, quod pro ista proferas, quam
mihi invalidissimo temere defendendam tuendamque con-
mendas?

A. Est certe.

XXX. E. Quidnam id est, obsecro?

1 ratione scimus *om.K*, rationes scimus *Dm3sl*. 2 scientie *K*
autem] haec *Y* 5 tua *Sm2sl*. 6 sui *om.J* iuris] viris *L* relinquisse
ST, relinquesse *Zac*. 9 paterisne *YZac*. 10 defensionem] definitionem
V (vel defensionem *mg.*) 14 argueris *YZ* facies *Zpc*. 15 obiugaret
Vac. et] aut *VJsl*. oppugnata ut] obpugnaret aut *V*, oppugna ut *C*
(at *pc.*), oppugnat aut *DXJ*, oppugnaret *Dpc.*, vel ret *Jm2sl*. cederet]
cedere et *L*, crederet *Xac.*, concederet *V* 16 interlocutoris siglum *om.VY*
17 M(ag.) ego te *V*, R(atio) ego te *Y* adhibitus] habitus *Zac.m.post*. 18
instruendi] -dis *D*, instituendi *L* 20 proferas] feras *X* 21 validissimo
X commendaras *Zpc.m.post*.

A. Quia, quamquam sit aliud sensus, aliud scientia, illud tamen non latere utrique commune est, ut ipsi homini et bestiae, quamvis plurimum differant, animal tamen esse commune est. Non latet enim, quicquid animae adparet sive per temperationem corporis sive per intellegentiae puritatem; atque illud primum sensus, hoc autem alterum scientia sibi vindicavit.

E. Manet ergo illa definitio tuta et probata?

A. Manet vero.

E. Ubinam ergo deceptus sum? 10

A. Ubi rogavi, utrum omne quod non latet, sciatur; tu enim huic rogationi temere adsensus es.

E. Nam quid velles dicerem?

A. Non continuo esse scientiam, si quid non latet, sed si per rationem non latet; cum autem per corpus non latet, sensum vocari, si per seipsam non lateat corporis passio. An ignoras quibusdam philosophis et peracutis visum esse ne idipsum quidem, quod mente comprehenditur, ad nomen aspirare scientiae, nisi tam firma comprehensio sit, ut ab ea mens nulla ratione queat demoveri? 15 20

59. E. Accipio ista gratissime. Sed quaeso, quoniam quid sit sensus, subtilissime, quantum arbitror, explicatum est, referamus nos ad illam quaestionem, propter quam hoc explicandum suscepimus.

2 illud] aliud *S* utrisque *YZac.* ut] sicut *CK* 3 et] vel *J* 4 latet] al. valet *Sm2sl.* enim latet *K* 5 per temperationem] partem per rationem *K*, per obtemperationem *Xpc.m2*, per contemperationem *Zpc.m.post.* 6 sensus] *add.* hoc est *Y* autem] haec *Y* 7 sibi *om.D* vindicavit *Spc.m2Dac.*, vindicabit *X* 8 interlocutoris siglum *om.Y* tuta] tua *STDZac.* 9 A(ug.,!) *Y* vero] ergo *C* 10 interlocutoris siglum *om.Y* ubinam vero ubinam ergo *TD* ergo] ego *X* 11 interlocutoris siglum *om.V* M(ag.) tu enim *V* 13 velles] *add.* ut *V* 14 si *om.CK* sed – 15 latet *Dm3mg.* 16 se ipsa *CKJ*, se ipsum *Y* 19 ut *om.J* 20 ratio nequeat *Y* demoveri] demorari *VX*, dinoveri *Zpc.edd.exc.p* 23 referemus *L*

Adtuleram enim ego argumentum, quo tantam proba-
rem animam esse, quantum eius est corpus, eo quod tangen-
tem a capite usque ad pedis extremum pollicem sentit,
quaquaversum tetigeris; atque inde ad sensus definitionem
5 morarum plenissimam, sed forte necessario delati sumus.
Itaque ipsum fructum tanti operis iam ostende, si placet.

A. Est omnino atque uberrimus. Nam totum, quod
quaerebamus, effectum est. Si enim sensus est corporis
passio per seipsam non latens animam, quod ut firmissime
10 teneremus, diutius quam velles sermocinati sumus, memini-
stine tandem nos comperisse ibi sentire oculos, ubi non
sunt, vel potius ibi pati?

E. Memini.

A. Etiam illud dedisti, nisi fallor, nec modo dubitas
15 dandum fuisse, animam multo quam totum corpus est, esse
meliorem ac potentiolem.

E. Hinc vero dubitare nefarium puto.

A. Age, si corpus potest ibi pati aliquid, ubi non est,
propter quandam cum anima contemperationem, quod ocu-
lis in cernendo accidere inventum est, adeone animam cras-
20 sam et pigram putamus, per quam ipsi oculi tantum pos-
sunt, ut eam lateat corporis passio, si non ibi iaceat, ubi
passio ipsa contingit?

60. E. Multum me movet ista conclusio et ita multum,
25 ut omnino stupeam et non solum quid respondeam, sed
prorsus ubi sim non inveniam. Quid enim dicam? Sensum
non esse, cum corporis passio per seipsam non latet ani-

1 tantum *K* 3 pedes *Vac.X* 4 tetigerit *CK* assensus *Sac.m2*,
ascensus *Zac.m.post.* definitio *D* 5 dilati *SZac.*, delatissimus *J* 6
operis *om.L* 7 esto *J* 8 est *alt.Sm2sl.*, *om.YZac.m.post.* 9 se ipsa *CK*
ut *om.D* infirmissime *DL* 10 velle *K* 11 non *om.Y* 12 ibi] ubi *Y*
14 ne modo *C*, nemo *K* 17 R(atio) hinc vero *Y* 18 A(ug.,!) *Y* potest]
est *Y* 20 grassam *C* 21 pigram] pinguem *SLYZ*, al. pigram *Sm2sl.*,
vel pigram *Zsl.* 22 si] *om.T, exp.S* 24 ita] tam *XJ* 26 sum *Y* 27
se ipsa *C* lateat *Jpc.*

mam? Quid erit aliud, si hoc non est? Oculos nihil pati cum videmus? Absurdissimum est. Eos ibi pati ubi sunt? At seipsos non vident nec ubi sunt, quicquam est praeter ipsos. Non esse oculis animam potentio-rem, cum eadem sit istorum potentia? Nihil est dementius. An hoc dicendum est, potentius esse ibi pati, ubi quidque sit, quam ubi non sit? Sed si hoc verum esset, non esset praestantior visus ceteris sensibus.

A. Quid, quod ictum aliquem vel incidens quippiam vel umoris perturbationem cum ibi patiantur oculi ubi sunt, neque hoc animam latet nec ista passio visus, sed tactus vocatur? Et tamen talia pati oculus posset etiam in ex-animo corpore, quamvis deesset anima, quam passio non lateret; illud autem, quod pati non potest oculus, nisi adsit anima, id est, quod videndo patitur, hoc solum ibi patitur, ubi non est?

Ex quo cui non videatur nullo loco animam contineri? Siquidem oculus, quod est corpus, id tantum non loco suo patitur, quod numquam sine anima pateretur.

61. E. Quid igitur faciam, quaeso te? Nonne istis rationibus confici potest animas nostras non esse in corporibus? quod si ita est, nonne ubi sim nescio? Quis enim mihi eripit, quod ego ipse anima sum?

A. Ne perturbare ac magis bono animo facito sis. Ista enim cogitatio et consideratio ad nosmetipsos nos invitat et, quantum licet, avellit a corpore.

1 (Mag.) quid erit V 2 eos Paris.lat.2699 (s.XI) edd.exc. p, om.cet. at] an CK 5 dementia Lac. 6 quidque] quisque CK, quique Sac.m2Y Zac. 6sq. quam ubi non sit Zm.post.mg. 7 visus] usus K 9 interlocutoris siglum om.codd. quod] quo C, quando D ictum] dictum DCK 12 talia] alia CL oculis D possit VLLJ exanimi D 14 autem] haec Y 20 interlocutoris siglum om.STD qui dicitur C 22 ubi] ibi Zac. 23 anima Zm.post.sl. 24 ne] noli Vpc. perturbare SLXYZac., vel e s. a Sm2 facto L sis] si VXac.J 25 nos om.TD 26 avellet Xac.

Quod autem tibi visum est non esse animam in corpore
viventis animantis, quamquam videatur absurdum, non
tamen doctissimi homines, quibus id placuerit, defuerunt
neque nunc arbitror deesse. Sed, ut ipse intellegis, res est
5 subtilissima et ad quam eernendam mentis acies satis pur-
ganda est.

Nunc adtende potius, quid aliud adferas, quo convin-
cas animam vel longam vel latam esse vel quid eiusmodi.
Nam illud argumentum tuum de tangendi sensu sentis non
10 adtingere veritatem nec valere aliquid, ut eam per totum
corpus tamquam sanguinem diffusam esse convineat; aut si
iam quod adferas nihil habes, videamus quae restant.

XXXI.62. *E.* Nihil haberem fortasse, nisi recordarer,
quantum pueri mirari soleremus palpitantes lacertarum
15 eaudas amputatas a cetero corpore; quem motum sine
anima fieri nullo modo mihi persuadere possum neque quo
pacto fiat, ut nullum sit animae spatium, quando praeiidi
etiam eum corpore potest, intellego.

A. Possem respondere aerem et ignem, quae duo per
20 animae praesentiam tenentur in corpore terreno et umido,
ut omnium quattuor fiat temperatio, dum post eiusdem
animae abscissum ad superna evadunt ac sese expediunt,
movere illa corpuseula tanto concitatus, quanto plaga re-

3 doctissimi homines] *cf.* J. Pépin, *Rev. ét. aug.* 66 (1964) 56sq.

1 autem] haec *Y*, *om. J* 7 adtende] aude *Z* (autem dic *pc.*) 9 nam
om. STDYZ, enim *Zm. post. sl.* tangendo *codd. exc. YZpc.* sensus *D post*
sentis interp. TX 11 diffusa *D* aut] ut *L* 11sq. si iam] suam *L* 12
quod] quo *TD*, vel quo *Sm2sl.* adferas] differas *SY*, afferas *Sm2sl.*,
deferat *Zac.* 14 solemus *Vac. XZpc.* lacertorum *TDYZac.* 15 cetero]
certe ergo *C* 17 ut *om. K* animo *L* 18sq. R(atio) intellego et possum
VJ, A(ug.) intellego posse (-em *Zac.*) *SZ*, M(ag.) intellego posse *X* 19
possum *VJY*, possum *L* responderi *Zpc.* 20 humido *codd. exc. LX* 21
ut] et *J* (ut *sl.*) temperatio *codd. exc. Y* 22 obcessum *L* adsuperne
STac. CLJac. vadunt *STac. DCLJac.* 23 plage *Spc. m2TDXac.* 23sq.
plagare (plac- *L*) centiore *CVL* recentiores *Spc. m2*, -ora *K*

centiore subito erumpunt, dein porro motum languescere, postremo desinere, dum minus minusque fit quod effugit, ac deinde totum evolat.

Sed ab hoc me revocat, quod his hausi oculis paene serius quam credi potest, sed certe non serius quam deberem. 5

Cum enim nuper in agro essemus Liguriae, nostri illi adulescentes, qui tunc mecum erant studiorum suorum gratia, animadverterunt humi iacentes in opaco loco repantem bestiolam multipedem, longum dico quendam vermiculum; vulgo notus est, hoc tamen, quod dicam, numquam in eo expertus eram. 10

Verso namque stilo, quem forte habebat unus illorum, animal medium percussit. Tum ambae partes corporis ab illo vulnere in contraria discesserunt tanta pedum celeritate ac nihilo imbecilliore nisu, quasi duo huiuscemodi animantia forent. Quo miraculo exterriti causaeque curiosi ad nos, ubi simul ego et Alypius considebamus, alacriter viventia frustra illa detulerunt. Neque nos parum conmoti ea currere in tabula, quaquaversum poterant, cernebamus; atque unum ipsorum stilo tactum contorquebat se ad doloris locum nihil sentiente alio ac suos alibi motus peragente. Quid plura? Temptavimus, quatenus id valeret, atque vermiculum, immo iam vermiculos in multas partes concidimus. Ita omnes movebantur, ut nisi a nobis illud factum 15 20

1 subito *om. Y* deinde *Y* 2 fit] sit *J* 3 evolvat *TDZac.*, al. evolvat *Sm2sl.* 4 ab] ad *Zac.m.post.* hausi] ausi *SVX*, autsi *TCK*, auxi *YZac.m.post.* 5 credere potes *Zac.* 6 essemus in agro *J* luguriae *J* 7 adulesc-, adulisc-, adolesc-, adolisc- *codd.promiscue (sim. saepe)* tunc] tecum *Y* 9 vestiolam *C* vermiculum] *add. qui Vsl.* 12 stilo *om.L* 14 contrario *Z* (-um *pc.m.post.*) 15 invecilliore *LZac.*, inbelcilliore *C*, imbicilliore *J* quam si *elm* animantia] animalia *L* 17 considebamus] considerabamus *VXJY*, vel considebamus *Ym2sl.*, consederamus *Xpc.*, consedebamus *DK* 18 frustra] frustra *DVac.YZac.* 20 tactum] actum *J* (vel t *m2sl.*) 21 alibi] alio *Zpc.*

esset et comparerent vulnera recentia, totidem illos separatim natos ac sibi quemque vixisse crederemus.

63. Sed tunc ego, quod illis adolescentibus dixi, cum intenti me intuerentur, tibi nunc dicere vereor. Iam enim
 5 tantum processimus, ut, nisi tibi aliter respondero, quod secundum meam causam probabiliter valet, tota nostra intentio per tam longum munita sermonem ab uno vermiculo penetrata succubuisse videatur.

Illis autem praeceperam, ut in studiis, sicuti coeperant,
 10 suum cursum tenerent; ita eos opportunius aliquando ad quaerenda et discenda ista, si res moneret, esse venturos. Sed quae illis discedentibus cum Alypio sermocinatus sum, cum uterque nostrum pro suo quisque modulo recordaretur et coniectaret et quaereret, si exponere velim, longe plura
 15 nobis dicenda sunt quam ab ipso principio tantis ambagibus atque anfractibus dicta sunt. Non apud te tamen tacebo quod sentio. Nisi mihi tunc multa iam nota essent de corpore, de specie quae inest corpori, de loco, de tempore, de motu, quae subtilissime atque abstrusissime propter hanc
 20 ipsam quaestionem disseruntur, ad dandam palmam his, qui corpus esse animam dicunt, declinarem.

Quapropter te, ut possum, etiam atque etiam moneo, ne temere aut in libros aut in disputationes loquacissimorum hominum nimiumque sensibus his corporeis credentium te praecipites, donec corrigas firmesque vestigia, quae
 25

1 compararent *L* 2 quemquam *Y* 4 intenti me] intentissime *K*
 6 valeat *CKLZpc.* tota] tanta *Vac.XJ*, al. tanta *Sm2sl.* 7 intenti
 opertam *L* 8 penetratas *L* 9 autem] aut *Y* sicut *V* ceperant *DK*
 10 cursum] cor *VXJ* 10sq. atquerenda *D*, adquirenda *Xpc.Zac.* 12 sed]
 et *Vac.X* discedentibus *Tac.*, descend- *L* 13 uterque] utique *V*
 (*exp.m.post.*) uterque – modulo *Vm.post.* nostrum – quisque *om.VXJ*
 quisque] quaeque *Z* modulos *VXJ*, *exp.Vm.post.* recordatus *K* 14
 et coniectaret *om.J* plura] plus *YZac.* 15 a nobis *YZac.* 18 corpore
L 19 abstrusissime *LY* 20 deseruntur *Zac.m.post.* 23 temere] tempore
Xac.m2, *add.* iam *Xm2* 24 corporis *m*

usque ad ipsum deum animam ducunt, ne ab illo secretissimo et tranquillissimo mentis habitaculo, a quo nunc, dum haec incolit, peregrina est, studiis facilius et laboribus quam inertia desidiaque avertaris.

64. Nunc autem accipe contra illud, quo, ut sentio, 5
multum moveris, non quod robustius de multis, sed quod brevius, neque quod mihi probabilius quam cetera, sed quod tibi aptius eligere potui.

E. Dic, oro te, quam citissime potes.

A. Primum illud dico, si maxime causa lateat, cur in 10
concisione quorundam corporum illa contingant, non continuo nos hoc uno ita perturbari oportere, ut tam multa, quae superius luce clariora tibi visa sunt, falsa esse arbitremur.

Fieri enim potest, ut huius rei causa nos lateat, quae 15
vel humanae naturae occultata est vel sit alicui homini cognita nec iste a nobis interrogari possit; aut etiam hoc ingenio simus, ut satisfacere nobis interrogatus non possit. Numquidnam ex eo, quicquid ex contraria parte firmissime didicimus ac verissimum esse confitemur, labi nobis atque 20
extorqueri decet? Atqui si illa maneant integra, quae interrogatus certa et indubia esse respondisti, nihil est quod istum vermiculum pueriliter metuamus, quamquam vivacitatis et numerositatis eius causam non valeamus adferre.

Si enim apud te de aliquo fixum inmotumque constaret, quod esset vir bonus, eumque in latronum convivio, 25

1 ducunt] dicunt *Y* 2 nunc] nec *Y* 3 peregrinata *STDLYZac*.
4 desidiaque *Ypc*. averteris *C* 5 autem] aut *L*, haec *Y* ut sentio]
adsentio *V* (*add.* u s. a) 7 brevius] *add.* sit *Jm2sl*. 8 quod] quo *Y*
elegere *Y* 9 ditissime *J* potest *L* 10 maxima *K* 11 corporum] -ra
S 12 ut] et *S* 15 humana *K* occulta *Dac.Vpc*. 16 ista *KL* aut]
ut *S* 17 ingenio simus *Spc.TDCKLJ pael*, ingenio usi sumus *SZ*, ingenio
usi sumus *Y*, ingeniosissimus *Cpc.m2VX*, vel ingenio sumus *Vmg.*, inge-
nio si simus *Zpc.*, ingenio ipsi simus *m* 19 dicimus *XJ* 20 atquin
STDZac. 21 certae *CK* indubita *L* 23 causa *Y* valeam *VXJ* 24
aliquo] alio *X* fixo *Y* 25 eumque *om.K*

quos persequerere, deprehenderes atque aliquo easu, antequam abs te posset interrogari, moreretur, quamlibet causam putares potius illius cum sceleratis coniunctionis atque convivii, etiamsi te semper lateret, quam scelus et societatem. Cur ergo non, cum tam multis argumentis superius editis atque abs te firmissime comprobatis, planum tibi faetum sit non loco animam contineri atque ob hoc nullius esse talis quantitatis, qualem in corporibus cernimus, aliquam suspicaris esse causam, cur nonnullum animal concisum in omnibus partibus vivat, non eam tamen quod cum corpore anima conecidi potuerit? Quam si reperire non possumus, quaerenda non⟨ne⟩ est potius vera quam falsa credenda?

XXXII. 65. Deinde quaero abs te, utrum putes in verbis nostris aliud esse ipsum sonum, aliud quod sono significatur.

E. Ego utrumque idem puto.

A. Dic mihi ergo, sonus ipse unde procedat, cum loqueris.

E. Quis dubitet a me procedere?

A. Abs te ergo sol procedit, dum nominas solem?

E. De sono me, non de re ipsa interrogasti.

A. Aliud ergo sonus est, aliud res quam significat sonus.

Tu autem utrumque idem esse dixeras.

E. Age, iam concedo aliud esse significentem sonum, aliud rem quac significatur.

1 per se quaerere *SVJ*, persequeris *Zpc.* 2 possit *VXJ*, possent *K* interrogare *L* interrogari posset *edd.* moraretur *K* 3 coniunctionis *elm*, coniunctionem *codd. pa* 4 convivii *elm*, -ium *codd. pa* scelus *elm*, sceleris *codd. pa* societatem *elm*, societatis *codd. pa* 5 cur] cum *K* 7 ob] ab *CKL* 8 talis esse *edd.* qualem] talem *J* 11 animam *S* quam si reperire] qua scire perire *L* 12 nonne *edd.*, non *codd.* 15 aliud *pr.*] alium *STDVXJZac.*, altum *CK* 17 utrum *Y* 20 interlocutoris siglum *om. D* 22 me *om. D* 24 tu autem *Zm. post. sl.* autem] haec *Y* idem *VXJ*, id *cet.* dixeras - 25 significantem *om. Y* dixeras - 25 esse *Zm. post. mg.* 26 qua *Y*

A. Dic ergo, utrum posses gnarus latinae linguae nominare in loquendo solem, si non intellectus solis praecederet sonum.

E. Nullo modo possem.

A. Quid? antequam ipsum nomen de ore procedat, si 5
volens id enuntiare aliquamdiu te in silentio teneas, nonne in tua cogitatione manet, quod expressa voce alius auditurus est?

E. Manifestum est.

A. Quid? cum ipse sol tantae sit magnitudinis, num illa 10
notio eius, quam cogitatione ante vocem tenes, aut longa aut lata aut quid eiusmodi videri potest?

E. Nullo modo.

66. A. Age, iam dic mihi: cum ore ipsum nomen erumpit tuo atque id ego audiens solem cogito, quem tu ante 15
vocem et cum ipsa voce cogitasti et nunc fortasse ambo cogitamus, nonne tibi videtur nomen ipsum veluti accepisse abs te significationem, quam ad me per aures deportaret?

E. Videtur.

A. Cum ergo nomen ipsum sono et significatione constet, sonus autem ad aures, significatio ad mentem pertineat, nonne arbitraris in nomine velut in aliquo animante sonum esse corpus, significationem autem quasi animam soni? 20

E. Nihil mihi videtur similis. 25

1 *interlocutoris siglum om. Y* possis *JZpc.* ignarus *Sac. LYZac.*
2 loquendo] coquendo *Z* (colloq- *pc.m.post.*) praecideret *Y* 5 nomen]
nunc *J* (vel nomen *sl.*) ore *codd. p.* de ore *aelm* 6 volens] volet *D* 7
cogitatione] in cognitione *L* maneat *K* 10 sit *om. L* num illa] nulla
J (vel illa *m2sl.*) 11 cogitatione] cognitione *J* (vel cogitatione *sl.*) 12
huiusmodi *VXJ* 15 quem] que *L* 18 abs] ex *VJ* deportares per aures
J deportare *Y* 19 *interlocutoris siglum om. YZac.m.post.* 20
interlocutoris siglum om. YZac.m.post. 21 significatio – 23 corpus *om. K*
22 nomine] homine *D* velut] veluti *L*, *add. iam V* 23 corporis *Zac.*
quasi] tamquam *Y* 23sq. soni quasi animam *Z*

A. Adtende nunc, utrum nominis sonus per litteras dividi possit, cum anima eius, id est significatio, non possit, siquidem ipsa est, quam paulo ante in nostra cogitatione nec latam nec longam respondisti tibi videri.

5 *E.* Prorsus adsentior.

A. Quid? cum per litteras singulas sonus ille dividitur, videtur tibi significationem illam retinere?

E. Quomodo possunt singulae litterae significare, quod nomen, quod ex his confit, significat?

10 *A.* At cum perdita significatione discerptus in litteris sonus est, num aliud putas esse factum quam dilaniato corpore discessisse animam et quasi mortem quandam nominis contigisse?

15 *E.* Non solum adsentior, sed ita libenter, ut nihil me magis in hoc sermone delectaverit.

67. *A.* Si ergo satis perspexisti in hac similitudine, quomodo possit dissecto corpore anima non secari, accipe nunc, quomodo frustra ipsa corporis, cum anima non secta sit, vivere possint.

20 *Iam enim concessisti et recte, ut opinor, significationem, quae quasi anima soni est, dum nomen editur, per seipsam nullo pacto dividi posse, cum ipse sonus, quod velut corpus eius est, possit. Sed in solis nomine ita soni est facta divisio, ut nulla pars eius significationem aliquam*
 25 *retineret. Itaque illas litteras dilacerato corpore nominis tamquam exanima membra, id est significatione carentia, considerabamus.*

2 significatio non] significatione *Zac.m.post.* 8 significare] singulare *D* 9 quod *Sm2sl.* confit] confidit *Z* (conficitur *pc.m.post.*), conficitur *Tm2* 10 at] ac *Y* significationem *Y* discerptus] discertus *TK*, discretus *Tpc.* 11 dilaniato] *add.* esse *J* 17 dissecto] disiecto *V* 18 frustra] frustra *CVac.Xac.Zac.* 18sq. secta non sit *edd.* 19 possit *SXac.YZac.* 20 concessi *C* et *om.SY* 21 animam *CK* 25 retinere *D* dilacerato] dilaceras *CK* 26 exanima] et anima *L*, exanimia *XZpc.*

Quamobrem, si aliquod nomen invenerimus, quod divisum queat etiam singulis partibus quippiam significare, concedas oportet non omnimodam veluti mortem tali praecisione factam esse, cum tibi membra separatim considerata quodlibet significantia et quasi spirantia videbuntur. 5

E. Concedam omnino et ut iam idipsum sonet, flagito.

A. Accipe. Nam dum viciniam solis adtendo, de cuius nomine superius egimus, Lucifer mihi occurrit.

Qui profecto inter secundam et tertiam syllabam scissus nonnihil priore parte significat, cum dicimus ‘luci’, et 10 ideo in hoc plusquam dimidio corpore nominis vivit. Extrema etiam pars habet animam. Nam cum ferre aliquid iuberis, hanc audis. Qui enim posses obtemperare, si quis tibi diceret ‘fer codicem’, si nihil significaret ‘fer’? Quod cum additur ‘luci’, ‘lucifer’ sonat et significat stellam; cum au- 15 tem demitur, nonnihil significat et ob hoc quasi retinet vitam.

